

MARII MERCATORIS LIBER SUBNOTATIONUM IN VERBA JULIANI.

Præfatio,

CUI TITULUS EST IN ANTIQUIS EXEMPLARIBUS

• Commonitorium lectori adversus hæresim Pelagii et Cœlestii, vel etiam scripta Juliani a Mario Mercatore servo Christi.

1. Quæstio contra catholicam fidem apud b non nullos Syrorum, et c præcipue in Cilicia a Theodoro quondam episcopo oppidi d Mopsuesteni e jamdudum nota, nunc usque paucos eorum admodum

CASTIGATIONES ET NOTE.

a Vox commonitorii, quæ in superiore opusculo pro instrumento litiis sive indiculo suprebatur, nunc adiunctionem ad lectorem et prologum in librum Subnotationum in scripta quedam Juliani signata.

b Syrus certe fuit Rusinus ille, quem Cœlestius in concilio Cartagineusi testatur se audivisse Romæ apud sanctum Pamphacium, cum diceret, quia tradidit peccati non erat (Apud August. lib. de Pecc. Orig. cap. 3), ut mox referet Mercator (Num. 2). Fuit quoque Theodorus Mopsuestenus, qui oriundus Antiochiae, unde a Photio Antiochenus vocatur (Cod. 58). Fuit denique Paulus Samosateus, ex quo prima B

• Hæresis Cœlestiana, ut mox insinuatum est, originem dixit, si non primam, saltem vicinam a Theodoro episcopo Mopsuestio, quæ civitas Cilicia secundæ. Ilunc parentem indicavit Mercator aperiussime, quippe qui etiam Theodori fragmenta refert, quibus hæresis illa continetur.

Joannes Maxentius Nercatori consensit (Confess. II tom. Bibl. PP.) : Quod malum et penam mali in universum credimus transisse genus humanum. Neg enim mortem corporis tantum, quæ pena peccati est, sicut quidam dicere volui, sed et aculeum mortis, hoc est, peccatum ingressum in mundum; quia non istis, sed Apostolo potius acquiescimus, qui et peccatum et mortem in omnes homines pertinuisse testatur dicens : Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt (Rom. v, 22). Proprietas recentes ab utero parvulos, non tantum ut ad optionem mereantur filiorum, aut propter regnum carlorum (sic et Pelagi et Cœlestii, sive Theodori Mopsuesteni discipuli, qui unum et idem naturale et originale peccatum esse affirmare conantur), sed in remissionem peccatorum eos creditus baptizari, ne pereant in eternum.

Consegnit quoque Photius (Cod. 177), licet paulo obscurius, cum loquitur de quinque libris a Theodoro Mopsuesteno compositis adversus eos qui homines natura dicunt, non voluntate, peccare, quomodo auctor nomine appellatur Aram, dissimilante Theodoro sub hac larva catholicos peccati originalis defensores, Hieronymum et Augustinum,

d Mamisteni. Iusta p. 539, Mamisteni. Ita veteres libri et editio Garberonii. Atque ita aut Monasteri vulgo scribitur istius oppidi nomen in antiquis codicibus manuscriptis, non solum apud Mariam Mercatorem, sed etiam alibi. Superior est tamen lectio quam in hunc locuca intulit Garberius, qui edidit Mopsuesteni. BALUZ.

e Dicit jamdudum, id est, saltem ante triginta annos. Nam Rusinus ille Syrus, Pelagi Cœlestiique

A occulte [Baluz. onus. occuite] roditur, f nec ea palam proferitur; sed ab ipsis qui de ea g cornicantur, velut catholicis h intra Ecclesias, interim retinetur, g i Progenitores videlicet humani generis, Adam et

magister, videtur venisse Romanum anno 399, siquidem fuerit ille quem Hieronymus in Occidente misit, ut postea demonstratur sumus. Dixit et nunc uique, id est, ad ann. 431, quo liber ille conscriptus est, ut monitionis in præfatione.

f Fuit hæc Pelagianorum ars frusque pena perpetua, ut sua mysteria committerent fidis tantum auribus, palam tegerent verbis in speciem catholicis. Hinc Hieronymus conversa ad Pelagium oratione (Ep. ad Cresiph.) : Nosti, inquit, quid intrinsecus discipulos tuos doceas, aliud ore commemorans, aliud celans conscientia, nobisque alienis et indocis loqueris per parabolas, tuis autem mysteria confiteris. Et postea : Loquere, quod credis, publice prædicta quod discipulis loqueris; aliud audiunt cubiculorum tuorum secreta, aliud rostrorum populi, etc. Et paulo post : Sola hæresis est quæ publice erubescit loqui quod secreto docere non metuit. Magistrorum silentia profert rabies discipulorum.

g Baluzius, sive veterum exemplarium, fornicantur; fateur tamen Garberius e optimo sensu s posuisse cornicantur. EDIT.

h Predestinalis (Lib. 1, h̄or. 88) : Pelagiani seu Cœlestiani catholicæ plebi permitti sunt, quia Ecclesiæ aliam non habent; et ideo ubi eis evenerit, communionem noui renunti. Dicunt enim unius confessio nisi esse in hac parte in qua eucharistia conficiuntur. De quæstione cuius, uiam, non de communione discinximur.

hanc artem animadverxit Hieronymus, cum scriberet in hæc verba (Epist. 201, inter Augustin.) : Hæc pernicioissima hæresis semper singulat penitentiam, ut docendi in Ecclesiæ habeat facultatem.

Augustinus (Lib. de Pecc. Orig. cap. 17) : Multi eos propterea sectabuntur, quia catholicæ communioni videbunt esse sociatos.

Sanctus Cœlestinus (Parte III conc. Ephes. cap. 22) : Obsistat illis per te Spiritus sanctus hominibus, que ad quicunque conantur provincias pervenire, ut eorum impia prædicatio resurgat. Obsistite eis; ita enim ut damnentur, quicunque perreniunt innocentem; et tamquam non illis sententia toties repetita sufficeret, longinquas terras remotasque provincias inquietant.

Sanctus Leo (Epist. 86) : Agnovimus quosdam presbyteros, diaconos, ac diversi ordinis clericos, quos Pelagiana seu Cœlestiana hæresis habuerit implicatos, ita in vestra provincia ad communionem catholicam pervenisse, ut nulla ab eis damnatio propriæ exigeretur erroris; et pastoralibus excubitis nimium doloritibus, lupus orium pellitus tecius in ovile Domini minicum, non depositis bestialibus animis, inroiret.

i Hæresis Cœlestiana contra fidem catholicam peccati originalis longe notior fuit Orientalibus Ec-

Evam, mortales a Deo creatos, nec quemquam poterorum sui prævaricatione transgressi latuisse; sed sibi tantum nocuisse, seque mandati reos apud Deum fecisse, alterum penitus nullum.

2. Hanc ineptam et non minus inimicam rectæ fidei questionem, sub sancte recordationis Anastasio Romana Ecclesiæ summo pontifice, Rufinus ^a quidam [Baluz. quondam] natione Syrus Romanus primus invexit, et ut erat argutus, se quidem ab ejus invidia muniens, et per se proferre non ausus, ^b Pelagium gente Britannum et monachum tunc decepit, etnique ad prædictam apprime imbuuit atque instituit impian vanitatem.

3. Hic [Baluz. Quique] mox ausus in apostolum Paulum Commentarios condere, cum ad illum locum notissimum ad Romanos venisset Epistole, ubi

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

Clesius, imino et aliis vulgo fidelibus, quam Pelagius gratia Dei per Christum inimica. Unde imperator Honorius in constitutione ad Palladium Ravennæ data prædicta kal. Maias, Honorio XII et Theodosio VIII AA. CC., de pellendis ex Urbe Pelagio et Cœlestio, solius Cœlestiani erroris meminuit.

Et certe nata est pestis illa in Oriente, et hinc quasi lues pervasit Occidentem, quemadmodum in dissert. de Auctoribus, etc., ostendimus ex Photio (Cod. 5): *Ipsa, inquit, heresis sive Pelagiana, sive potius Cœlestiana riquiri in Oriente, et in Occidente quoque propagata est.*

^a Opportune hoc in loco confutanda esset popularis opinio, quod adversari fidei de peccato originali dogma Pelagius Cœlestiusque didicerint a Rusino Aquileiensi; sed lex notarum jubet prolixam disputationem rejicare in finem, ubi de Pelagiæ heresis defensoribus, imino et de parentibus dissertatione instituetur. Parro autem quo Anastasi Christique anno Rusinum, de quo agitur, Romanum venerit, facile potest colligi, si modo idem est, ut revera est, quem Hieronymus Mediotanum misit ad Venerium. Misit enim cum epistola ad Rusinum Aquileensem; epistola vero Romanum allata est, postquam Aquileiensis ex Urbe in patriam secesserat: ergo cum secesserit ann. 2 Anastasi, aut sub finem primi, necesse est Rusinum venisse Romanum ann. 2 Anastasi, qui est Christi 399. Verum id factius concendetur ex Apologia secunda Hieronymi adversus Rusinum. Cum enim de hac ipsa epistola loqueretur, hanc ait ab amicis habitam fuisse Romæ ante triunum. Cum igitur scripserit Apologiam anno ultimo Anastasi, et Anastasius obierit die 27 Aprilis ann. pontificatus 4, Christi 402, oportet Rusinum eum epistola venisse ann. 399, qui secundus Anastasi. — De Rusino Aquileiensi hunc locum interpretatur Gerberonius, Garnerius de Rusino Palæstino, Hieronymui discipulo. BALUZ. — Itone (Rusinum) nonnulli perperam confundunt cum Rusino Aquileiensi. Qua de re fuse dissertat Fontanus Hist. lit. Aquil. lib. v cap. 18, § 4, p. 415 seq., ubi et hunc locum Marii Mercatoris illustrat. Vide et S. Augustinum lib. de Peccat. Origin. cap. 3, atque ad eum locum notam BB. GALLAND.

^b Hinc con-tal Pelagium Anastasi temporibus fuisse Romæ (Apud August. lib. de Gratia Christi cap. 55). In ea certe erat ann. 405, cum scriberet ad Paulinum epistolam (Epist. 95), cuius ipse meminit in litteris ad Iuniorium datis ann. 418, dicique scriptam ante 12 annos. Certe Augustinus (Lib. de Peccat. Orig. cap. 2) Pelagium ait diu Romæ vixisse, immo diutissime. Nos vero in dissert. de Auctoribus, etc., ostendimus eo venisse jam inde a temporibus Damasi.

A ita continetur: *Propterea sicut per unum hominem peccatum intravit in hunc mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, etc.* (Rom. v. 12), ibidem eos tantum reos dixit, atque obnoxios illa prævaricatione teneri, qui hunc in prævaricandis Dei mandatis voluerint invitari: non omnes, qui ex ejus sunt per successionum seriem semine generati; atque hinc latius de sequentibus locis hujus Epistole disputat, et pronuntiat nullum hominem [Baluz. hominum] prorsus per generationem i. scilicet suisce, nec hodi Adæ peccati transgressione; *et Sed imitatione, inquit, quia prior ille in genere humano peccavit, et illum reum et obnoxium fieri, qui hunc propria voluntate, non nascendo, sed peccando fuerit imitatus.*

4. Huic Pelagio adhæsit Cœlestius, nobilis natu

B ^c Hinc ab Augustino (Epist. 186, ad Paulin.) dicitur Briti: *Pelagium, inquit, quem credimus, ut ubi illo distingueretur qui Pelagius Tarenti dicitur, Britonem fuisse cognominatum, quod ut servum Dei dilexeris, novinum; nunc autem quemadmodum diligas, ignoramus.* Ali Orosio (In Apolog. Britanicus): *Dominus Christus summo premio fidei dignum judicat, si quis haec Filium Dei posse crediderit, et Britannicus noster, mox ut voluerit, se posse confidit.*

A Prospero (Carm. de Ingrat. cap. 1), coluber Britannus:

Dogma quod antiqui satiatum felle draconis Pestifero vomuit coluber sermone Britannus, Hac primos homines cretos ditione fererat. Ut seu prescriptum mandatum transgrederentur, Sive inculpati servata lege manerecul, Mortem istam prorsus, quia carnem vita relinquit, Oppeterent, quæ non peccato parta, sed ipso Instituente Deo, comes esset fixa creatis.

C Ab Hieronymo (In pref. primi lib. in Jerem. et in pref. lib. tertii), Scotorum pulibus prægravatus, atque Albinus canis. Sic enim corrigenda: vulgaris lectio, quæ habet Alpinum canem; nam Britannia dicta est olim, et Scotia, et Albion (Buchananus in Hist. Scotie). Hanc vero insulam semper aluisse molossos toto orbe notissimos, nemo nesciit. Hac autem occasione animadverto, lector, falli conjectura eos qui existimant nomine Albini canis significatum fuisse ab Hieronymo Cœlestium Pelagii discipulum; constat enim illum, quem ait Hieronymus (Loco mox citato) latrare per Albinum canem, non alium esse a Rusino. Sic enim habet: *Iustar Cerberi spiritualis pertulendus est clara, ut aeterno, cum suo magistro Plutone, silentio conticescat.* Quis autem ignorat Grunnii, Calphurnii, Scorpii, Asinii, Plutonisque nomine Rusinum identidem ab Hieronymo appellatum? — Britannum. Secuti sunus scripturarum librorum maruscriptorum. Seiunt autem eruditit ita sermone scribi hoc nomen in antiquis codicibus. BALUZ.

D ^d De Commentariis vide quæ prolixe annotata sunt ad caput 2 præcedentis Operis, simulque adverte hac vocula, *mox*, non significari maximam temporis propinquitatem, sed consecutionem solam, neque enim Pelagius, ubi primi a Rusino venenorum hausit, illud continuo suis Commentariis inclusit, sed prius docuit Cœlestium, qui ei ipse adversus traducem peccati scriptis, antequam Pelagius Commentarios eluebaret, ut consecutum est etiatio loco, partim ex Prædestinati auctore, partim ex Mercatore, qui ejusmodi expositiones compositas fuisse scribit ante vastationem Urbis.

^e De Cœlestio tria traduntur a Mercatore, quod nobilis natu fuerit, quod auditorialis scholasticus,

quidam, et illius temporis auditorialis scholasticus ^a, sed naturæ vitio eunuchus matris utero editus. Hie a Pelagio instructus sensum istum impiissimum mercatus imbibit, ac ^b multos incredibili loquacitate agemus hujus sua participes et complices fecit.

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

quod naturæ vitio eunuchus : ea fuere in hunc usque diem inegnita ; emendant vero quæ vel a Gennadio scripta sunt (*Lib. de Script. cap. 44*), vel affseri solent a recentioribus, ut quod Cœlestius Scoticus sententia fuerit, quod ab adolescencia monachus, etc. Major eniū fides adhibenda est Mercatoris testi occulto, quam Gennadio aut aliis majore temporis intervallo distantibus. Hæ porro voces, illius temporis, non improbabiliter ostendunt Cœlestium adhesuisse Pelagio jam inde ab Anastasi temporibus. — Si conataret Hieronymum loqui de Cœlesti in praefationibus libri primi et libri tertii Commentariorum in Jeremiam, facile assentire Baronio et Ussorio censentibus Cœlestion fuisse natione Scotum, præsertim cum consuet magistrum ejus Pelagium fuisse ex Britannia oriundum. Garnerius suscipiet aut Romanum aut Campanum suisse, certe oriundum ex provincia Latini nominis. SALUZ.

^a Scholasticus, qui vocatur a Mercatore auditorialis, a concilio Sardicensi (Can. 10) forensis dicitur : Si quis dives vel forensis scholasticus episcopus fieri dignus habeatur, non prius constitutur quam lectoris et diaconi et presbyteri ministerium peregerit. Dicitur et ab Augustino (Tract. 7 in Joan.) legisperitus : Qui habent causam, et volunt supplicare imperatori, querunt aliquem scholasticum jurisperitum, a quo sibi preces componantur. Scholastici ubique mentio est apud veteres. Advertendum autem advocatum causarum publicarum, ecclesiarumque et civitatum, defensorem scholasticum nominatum fuisse (*L. II Cod. de Adres. Concuss.*), et a civitatibus appellationem accepisse. ^b Sc Eusebius, qui postea fuit Dorylæi episcopus, cum Nestorio resisteret, fuisse dicitur a Theophano scholasticus regiae urbis (Can. 97 *Cod. Afr. Ecc.*). Sc Severus, cui scriptis Ferrandus epistola (*Vag. 103 edit. Divisionensis*), cuius argumentum est : Quod Dominus noster Jesus Christus sit unus de Trinitate, appellatus est scholasticus Constantinopolitanus, etc.

Hie aulea voces, auditorialis scholasticus, modo conjunctas usurpantur a scriptoribus, modo divisas, una tamen eademque significacione; divisarum passim exemplum occurrit; conjunctas attribuit Augustinus (*Lib. v. advers. Jul. cap 4*), cum Julianum allo juens, Auditoriales, ait, scholasticos tangis, et dicas contra me clamatores, o tempora! mores! etc. Et alio in loco (*Lib. II ejusdem Operis cap. 10*) : Numquid Irenæus, Cyprianus, Rutilus, Olympius, Hilarius, Gregorius, Basilius, Ambrosius, et Joannes de plebeia force scutariorum, sicut Tulliane jocaris, in restram invidiam concitati sunt? Numquid milites? numquid scholastiæ auditoriales? numquid nastæ, tabernarii, setarii, coqui, lanii? numquid adolescentes ex monachis dissoluvi? numquid postremo de qualibet clericorum turba isti sunt?

Non possum silere quid ex his verbis conjecterim, nec forte improbabiliter, Julianum nempe, dum ista diceret intendisse, in Valerium Comitem, qui vir militaris; Constantium, qui vicarius, et infusa ex plebe; Marium Mercatorem, quem scholasticæ auditorialis nomine intelligat; Jacobum et Timonium, qui adolescentes monasticam vitam professi, et Paulinum Cœlestium accusatorem, qui inter diaconos merhabatur : omnes accerrimos heresis Pelagianæ insectatores, omnes singulari aliqua necessitate Augustino devincentes, omnes a duce agminis catholici adversus factum Christi iniuriantes instructos atque inmissos.

Quod si haec conjectura non omnino contempnenda est, ut certe non est; an non ex ea consequens vi-

A 5. e Ausus quippe est palam publiceque his verborum sententiis ejusdem sensum bassim disseminare per populos : id est,

^a Adam mortalem factum, qui sive peccaret, sive non peccaret, fuisse moriturus.

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

deut u Mercator inter auditoriales scholasticos, et Romæ quidem, militaverit, eaque ob rem Copœstii censors singula queque tanto distinctius noverit, quanto propriæ societatem officii frequentius, ut si in ipsius vitam inoresque inquisierit ? Et certe ratio agendi quam sequitur tota milii videatur de fono; quid enim Commonitorio exactius ad regulas forensis accusationis ? quid Subnotationibus conformius consuetudini, qua solent ejusmodi homines libros annotando legere?

Nec omnino a ratione alienum videtur existimare Marium Mercatorem Roma oriundum, vel quod magis opiner; e Campania; atque ita suisq; Copœstii non tantum muneris socium, sed etiam patrum consolentem. Cœlestium enim fecimus Campania in uotis Commonitorii, neque leves habuimus faciendi causas.

^b Vix credi potest quoniam multos suas in partes Cœlestius traxerit. Augustinus de ipso scribens ad Hilarium (*Epist. 137*) : Consortes erroris ejus plures sunt quam sperare possimus; et ubi non redaruntur, etiam alios ad suam sectantur; et sic crescunt, ut nesciant quo sint erupturi, etc.

Pates concilii Carthaginensis : Multi qui eorum perhibentur esse vel suisq; discipuli, haec volo, quibus fundamenta christianæ fidei conanunt evortere, quantumcumque affirmare non cessant (*Epist. 475*).

^c Cœlestium Pelagio audaciorem fuisse in proden- da sententia, testatur Hieronymus (*Epist. ad Ctesiph.*) : Silentia magistrorum proseri rabies discipulorum. Augustinus (*Lib. de Pecc. Orig. cap. 22*) : Inter istum et Cœlestium in hac quæstione, de partibus propter peccatum originale baptizandis, quid distat, nisi quod iste apertior, ille occultior fuit; ille pertinacior, iste mendacior; vel certe ille liberior, iste austerior? Ille enim nec in Ecclesia Carthaginensi damnari voluit quod in Romana posset se tenere confessus est, et corrigi paratum se esse professus est, si ei tamquam homini error obrepserit. Iste autem ei illud dogma damnavit tamquam contrarium veritati, ne ipse a catholice judicibus damnaretur, et id sibi defendendum ostesta reservavit, aut mendaciter damnans, aut collidens interpretans.

Vide, lector, quibus capitibus Mercator continebit dicat haeresim Cœlestianam; vide item quibus et Augustinus (*Lib. de Gest. Palæst. cap. 11*), et alii ejusdem aevi scriptores.

Auctor librorum hypognosticon (*In præfat.*) : Cum iusmodi dogmatis ista est nefanda blasphemia, Adam, sive peccasset, sive non peccasset, moriturum fuisse; item peccatum ejus neminem nisi solum ipsum no- cuisse; iterum posse hominem per liberum arbitrium tamquam per se sibi sufficientem implere quod vellet, vel etiam meritis operum a Deo gratiam unicuique dari; libidinem naturale esse bonum, nec in ea esse quod pudeat; parvulos baptizatorum filios non trahere originale peccatum, neque perituros a vita æterna, si sine sacramento baptismi ex hac vita migraverint.

Auctor libri qui Prædestinatus dicitur (*Lib. I. harr. 28*) : Tunc illi (Cœlestio) obtulerunt libros suos, ubi dicebat, ipsam sibi hominis naturam ad perfectionem posse sufficere; hoc est, tantum potest homo exercere iustitiam, ut etiam sine peccato possit esse, si velit; Adam mortalem factum, qui sive peccaret, sive non peccaret, esset moriturus; sic legem misisset ad regnum, sicut Evangelia; Infantes in remissionem peccatorum baptizandos esse propter solam regulam universalis Ecclesie; nihil obfuisse generi humano peccatum Adæ. Illi autem, sive antequam damnarentur ab universalis Es-

« Quoniam peccatum Adæ ipsum solum habuit, et hoc genus humanum.

« Quoniam infantes qui nascuntur, in eo statu sunt, in quo Adam fuit ante prævaricationem.

« Quoniam neque per mortem Adæ omne genus hominum moritur [Baluz. moriatur], quia neque per resurrectionem Christi omne genus hominum resurgit.

« Quoniam infantes, etiamsi non baptizentur, habent vitam æternam. »

« Quæ quinque capitula unam impiissimam et nefandam sententiam generant.

Adjicit præterea « posse esse hominem sine peccato, et facile Dei mandata servare, quoniam ante Christi adventum fuerunt homines sine peccato.

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

Clesia, sive posteaquam damnati sunt, non cessaverunt scribere posse hominem sine peccato esse; et nihil obsuisse Adam generi humano; et legem sic misisse ad regnum, sicut Evangelia; et infantes non ideo baptizandos, quia habero possint originale peccatum, et naturam tamen bene factam a Deo, ut sibi sola sufficiat ad hoc ut possit carere peccato.

« Hanc hæmpe: Nullum esse peccatum ab Adam traductum in posteros. Illud ipsum porto, quod subtiliter in questionibus de peccato originali Mercator fecit, præstitit Prosper in questionibus etiam ad gratiam pertinentibus. Sic enim ait (Epist. ad Rufin. de Lib. Arb.): Pelagiana heres, quo dogmate catholicam fidem destruere adorta sit, et quibus impietatum venenis viscera Ecclesiæ atque ipsa vitalia corporis Christi voluerit occupare, notiora sunt quam r. opere narrationis indigent. Ex his tamen una est blasphemia, nequissimum et subtilissimum gerumen aliarum, qua dicunt gratiam Dei secundum merita hominem dari.

Urique discipulo præixerat magister Augustinus, non verbo tantum quod pluribus testimoniis probari posset; sed facto magis, cum ad Albinam, Piniandum et Melaniam dnos de tota hære-i libros conscripsit: alterum de Gratia Christi adversus Pelagium, alterum de Peccato Originali contra Cœlestium. Qua partitione id etiam ostendit, quod saepe monimus, hincq[ue] hæreticum tam impietatem defendisse quidem, sed alterum magis alteram partem, quasi siam suscepimus.

« Numerositasem dixit, non absolutam, sed comparativam, ut aiunt, que testinatur habita ratione argumenti. Nam præter libros quatuor quibus Julianus contulit est responderi libro primo Augustini, de Nupt. et Concup., ut statim Mercator dicet, et alios octo, quibus secundum ejusdem tituli librum oppugnavit, nullus videtur de hac quæstione scripsisse; nisi quis litteras ad Rufum Thessalonicensem Inter libros numerare velit, aut certe recipiat ad librum de Amore, Commentarioisque in Cantica; et tractatum de Constantia, quorum meminit Beda (In pref. Cantici Cantic.).

« Quod ait, Julianum cum Cœlestio et Pelagio in damnatione tertium indemeratum esse, spectat, opinor, ad concilia duo, Romanum scilicet, cuius acta Cœlestium Ephesum misit; et Ephesinum universale, quod adversus Nestorium ejusque factionem celebratum est. In his enim Julianus primum legitur nominatim damnatus cum Pelagio Cœlestioque, et aliis episcopis ex Italia ejectis. Vide synodicam ad Cœlestium (1 p. conc. Ephes. act. 7), et obiter corrige hunc locum: Cum ipsis etiam Pelagiani et Cœlestiani, ac nonnulli de iis qui ex Thessalia ejeci fuerunt, legendum enim, ex Italia, ut ostendimus in elogio Juliani (Dissert. 2 de Auctoribus, etc.).

« In tractoria Zozimi, que damnationem Pelagi Cœlestique continebat, nulla fuit mentio Juliani, nulla quoque in octo canonibus quos Patres Africe-

« Et quoniam sic lex mittit ad regnum eadorum, sicut Evangelium. »

6. Hæc atque alia ejusmodi ipsi etiam Julianus et ceteris ejus commanipularibus placueré. Quæ, cum cognita atque detecta, ecclesiastica fuissent cum præfatis personis auctoritate damnata, & librorum quoque numerositate ab eodem Juliano defensa sunt, placuitque ei cum Pelagio et Cœlestio ⁴ in damnatione testium numerari.

7. Tunc centra pueriles ausus ejus sanctæ recordationis. Augustinus episcopus diversis temporibus diversos condidit libros, ex quibus omnibus Julianus unum de duobus primo tempore ad Valerium editis elegit, cui quatuor libris a se ad Turbanium

B aduersus eosdem hæreticos in concilio universalis ediderunt. At ipsos postea damnari oīusquam accidit, quin annumeratos sit Julianus. Damnatio prima continetur actis a sancto Cœlestino in Concilio Romano adversus Cœlestium, Pelagium et Julianum, quæ lecta sunt atque approbata in concilio Ephesino (ii part. conc. Ephes. act. 5, in synodica ad Cœlestium papam). Secunda est in epistola Gelasii ad episcopos per Piezum constitutis (Epist. 7): Pelagium, Cœlestium, Julianum, ceterosque complures orationes facundæ viros in hac assertione probavimus suis convictos, et tam ecclesiasticis constitutis quam imperialibus etiam percusso frisse præcepis.

Hæc verba, tam ecclesiasticis quam imperialibus, etc., maximam lucem Mercatori siveisque faciunt; nam nullum reperitur imperiale præceptum adversus Julianum, nisi illud, cuius a Theodosio facti, post oblatum Commonitorium, Mercator mentionem fecit (Vide notæ ad titulum Commonit.). Tertia reperitur apud Phodium (Cod. 54): Damnavit et Joannes Alexandrinus episcops in Apologia ad Gelasiū urbis episcopum, non solum Pelagianam hæresim, verum etiam Pelagium ipsum atque Cœlestium una cum Juliano, qui in hac ipsis secta successisse deprehensus est.

« Cum sanctus Siedei defensor scripsisset librum unum de Nuptiis et Concupiscentia ad Valerium Comitem, respondit Julianus libris quatuor, ex quibus excerpia quedam sibi a Comite missa confutavit Augustinus, libro altero de Nupti, et Concupise. cum ex putaret esse fidelia; sed cum accepisset libros ipsos, excerpia quæ non satis respondere libris intellexisset, operæ, ut ait, elucubratisimo sex libris ad quatuor Juliani respondit (Vide lib. ii Retract. cap. 53). Julianus interius octo alios secundo Augustini repositi: respondit rursus opere postremo sanctus doctor moribundus, quasi cygnæ voce. Verum de libris Juliani diligentius quiddam afferetur in dissertatione de Pelagianæ hæresis defensoribus: nunc id unum obliter notandum, libros quatuor ad Bonifacium contra duas epistolas Pelagianorum scriptos ab Augustino vulgo credi contra Julianum, quem ipse quæque putavit Augustinus utriusque epistolæ auctorem; revera tamen primum contra Cœlestium fuisse, ut qui scripserit ad clericos Romanos epistolam quæ refellit tres alios contra Julianum, qui licet fateatur suam esse, quæ est ad Rufum Thessalonicensem, aliam abnegat, nec Augustinus difficitur (Lib. i Operis Imp. cap. 17).

Juliani opus primum, libros quatuor continens scriptos contra lib. i de Nuptiis et Concupiscentiis. GALLAND.

6. Comitem. Meminit autem istius rei Augustinus lib. ii Retract. cap. 53. BALUZ.

« Fuit ille quidem episcopus, sed incertæ sedis, qui cum adhesisset aliquamdiu Juliano, reddit postmodum ad catholicam fidem. Unde Augustinus (Lib.

stanchis contradiceres : * sequentis vero uni octo A super hac re alios elaboratos penitus ignorare. ultimis voluminibus ad Morum emensis respondisse se jactat, singens multos ejus sancti viri

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

¹ Operis Imp. cap. 4) Julianus allegens : *Utinam immixti Turbanum post illa tua scripta, et post has tuas laudes, quibus eum dicis magno virtutum fulgere conspicuum, a verro errore liberalum.*

* Opus ejusdem Juliani postremum librorum octo contra lib. ii de Nuptiis. GALLAND.

² Fuit et ille quoque u. us de episcopis Juliani sociis et sede pulsis quondam detrectarent subscribere formulæ fideli a Zozimo prescripti. Numeratur enim inter eos quos Ephesina synodus a Cœlestino damnatos testatur, et iterum damnatis : *Perfectis iis que de impiorum Cœlestii, Pelagii, Juliani, Persidii, Florii, Marcellini, Oroniti, reliquorumque eadem cum illis sententiis, depositione a pietate tua istic decreta et constituta sunt, judicavimus et nos quoque ea solida firmaque permanere debere (n. part. conc. Ephes. act. 5, in synodica ad Cœlestinum papam).*

* Opus quod continet octo illis libris, Imperfectum dicebatur, cum ^{av.} v. c. Claudio Menardo editi fuissent duo tantum priores libri (An. 1627, Paris.), nunc a multis post quatuor alios a v. c. Hieronymo Vignorio additius (Ann. 1655, Paris.) Perfectum appellatur. Mallet Vossius (Lib. i de Hær. Pelag. cap. 6) vocari librum Altercationis propter Gennadium, cuius sunt hæc verba (Lib. de Script. Ecccl. cap. 45) : *Heresim Pelagi defendere nisus scripsit adversus Augustinum impugnatorem illius libros quatuor, et iterum libros septem. Est etiam liber Altercationis amborum suas partes defendantium.*

Veterum appellationem retinendam suadent verba que sunt in indiculo Possidii edito (Ann. 1564, Lovaniū) ab Ullinmerio : *Contra secundam Juliani respondemus Imperfectum Opus (In præf. ad postremum illud Opus Augustini), quæque tru-tru inquiras in aliis vulgaris editionibus. Unde mirari subiit aliquando, cur Vignorius hanc appellationem arbitratus sit factam tantum post editionem Menardi, atque ita in indiculum Possidii irrepsisse; editio enim Ullinmerii plus 60 annis editionem Menardi antecessit.*

Sed juvat paulo curiosius in hanc rem inquirere, et nisi fallor, liquido demonstrare, retinendam omnino Possidii sententiam; quippe cum Augustinus, vel solos quinque priores libros Juliani acceperit, impedientibus helicis twinibus, ne alii mitierentur; vel si omnes acceperit, inter respondendum sexto mortem obierit. Sic enim verum erit, et quod Possidius scripsit, Opus istud esse imperfectum, et quod tradidit Prosper chronographus (In Chronic. ad coss. Theod. xiii, et Valen. iii), Augustinum inter imperium oisidentium Vandalarum in ipso dierum suorum fine libris Juliani respondentem, et gloriose in defensione christianæ gratia perseverantem mortuum esse.

Augustinus igitur ad Quodvultdeum (Epist. præfigit Operi Imperfecto) : *Responde, inquit, libris Juliani, quos octo edidit post illos quatuor quibus antea respondi; hos enim cum Romæ accepisset frater Alpius, nondum omnes descripserat, cur oblatam occasionem noluit praeterire, per quam mihi quinque transmisit; promittens alios tres cito se esse missurum, et multum instans ne responderem differerem: cuius instantia coactus sum remissius semper agere quod agebam, ut operi utriusque non decessem, uni diebus, alteri noctibus, quando mihi ab aliis occupationibus hinc a:que hinc venire non desistentibus parceretur. Agebam vero rem plurimum necessariam, nam retractabam opuscula mea... et duo volumina jam absolveram... restabant epistolæ et tractatus populares, quos Græci homilia recant, et plurimas epistolaram legeram, sed adhuc nihil inde dictaverum, cum me etiam isti Juliani libri occupare cœperunt, quorum nunc quarto responderem ceperim. Quando vero id explicavero, quinque respon-*

8. Quibus * octo ultimis ⁴ horrida loquacitate evagatus, disertum se magis ostentare, et sciolutum

dero, et tres non supervenerint, dispono, si Deus voluerit, et quæ poscis inciperem, simul agens utrumque; et hoc scilicet, et illud de retractatione opusculorum nostrorum, nocturnis et diurnis temporibus in singula distributis.

Quibus ex verbis concludere licet sanctum doctorem tres Juliani posteriores libros nondum acceperisse eo tempore quo, responsione ad quartum inchonat, scribebat ad Quodvultdeum. Scribebat vero post absolutos duos Retractionum libros, ut ipsem testatur. At eos vix absolverat, ut tradidit Possidius (In vita S. Augusti. cap. 28), cum Vandali in Africam irruperunt, cunctaque ferro et igne vastantes, noui terram tautum, sed etiam mare infestum habuere. Cum igitur Vandali in Africam trajecerint ann. 427, Bonifacium fuderint ann. 428, illeque se Hippomem Regium receperit, urbem millesimam totius Africæ, interim dum Vandali totam Mauritaniam Numidiamque depopularentur, clausumque Hipponis portum tenerent; cumque tertio mense obcessi a Vandala Hipponis Regii fato functus sit Augustinus ann. 430, v. kal. Septembris, admodum probabile est, si non omnino certum, intercluso conmeatu non poluisse posteriores Juliani libros ad Augustinum pervenire.

Et certo ante obitum sanctus fiduci defensor lib. uno de Hæresibus elucubravit, quem tamen non alia conditione se scripturum promiserat, quam si tres posteriores libri, quos in dies exspectabat, non afferrentur.

Quid quod inspectis attentius libris a Vignorio editis, non aburde quis opinatur sit, vel Augustinum, quinto Juliani duobus suis respondisse, vel quinque et sextum Augustini in unum posse conjungi. Nam cum singulis Juliani libris suis sit ab uno in alterius transitus astis manifestus, in hoc vel nullus. cal., v. paucis obscurior.

Verum omnes octo pervenisse ad Augustinum, aliquis non incredibiliter hinc concludat: primum, C teste Prospero ejusque exscriptore Gennadio, creditum est, in hunc usque diem, obiisse Augustinum inter respondendum Juliano. At si constet prior opinio, responderit sive duobus fere integris annis ante obitum. Deinde sextus liber non ita caret præfatione, quæ in aliis aperta est, quin satis discernatur a quinto, ut facile intuenti patere potest. Denique si unu. Juliani quintus et sextus Augustini respondeant, vñ singulis Juliani libris suis singulos Augustinus non apposuerit, quod omnino præstat in prioribus quatuor; vel quinque et sextus coalescere debeant in unum, qui hoc pacto exercaset eo usque, ut duplo fere superaturus sit maximum aliorum.

His argumentis suis est non improbabilis solutio. Nam testimonium Prosperi elevat auctoritas Possidii; ille enim longe positus quæ audivit, iste quæ pensans usurpabat oculis, memoris mandavil. Deinde si quid valeat seenodum argumentum, eodem jure sextum librum in tres parti oportuerit, breves illos D quidem, sed sua tamen præfatione alique argumenti varietate satis distinctos. Denique si quid virium habeat ratio ab inæqualitate librorum petita, sextus et quinto secerni non debet, ne quintus per se solus vir superet dimidiā partem secundi.

Utut sit, excepterit octo libros Augustinus, aut quinque tantum; responderit sex totis, an haeserit in sexto: constat profecto nec respondisse omnibus, nec opus absolvisse, atque illud merito Imperfectum a Possidio dictum suisse. Quare nec ultra suit causa idonea cur mutaretur appellatione Operis Imperfecti, nec ultra ratio cur antiqua non refineatur, nisi forte cum Gennadio Altercationis nomen, proprie disputandi formam, magis placeat.

* Augustinus (In præf. lib. ii Op. Imperf.) : Et-

volens, post innumerabila conviciorum probra, quae in sanctum supradictum vitum est jaculatus, haec impudenter, immo jam impie detenderet [Baluz. add. agens est], quae a Pelagio Celestioque cum in perniciem suam didicisse superius memoravimus; quamquam sicut jam prioribus quatuor libris eadem et semper eadem volvens, et nullum prudenter inveniens exitum, injuris et contumeliis magis membranas seu charcas quam ulla fidei rectae ratione complevit. Et cum haec summa brevitate et Scripturarum sanctorum atque divinarum auctoritate esset questio perficienda, plurimum sibi distortam et omnino non necessariam loquacitatem conscripsit materialiam, de qua et impia cuderet, et prorsus ageret nihil. Nihil enim agit qui impietati operam navat.

9. Sanctus [Baluz. add. tam] saepe dictus episcopus Augustinus sex suis libris quatuor priores illius averrit, octo quoque posteriores singulis responsionibus suis ad singula capitula subjectis, sic vanos ejus et plumbeos pugiones malleo catholicæ veritatis obtulit, immo confregit.

10. Quod utriusque opus cum in manus nostras remisset, studiosius perlegi et intellexi [Baluz. omisit studiosius perlegi et intellexi], quia tota summa inepti et magis impii Juliani laboris ad unani pravam redigi videtur sententiam: Ad te videlicet et Ecclæ transgressionem eos non fecisse mortales,

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

Etum est, inquit, ut sub eodem titulo etiam secundum librum scriberem, contra quem Julianus alios octo nimia loquacitate conscripsit, etc. Unde concludere est hacten postremos Juliani libros non sive conscriptos adversus primam responsionem Augustini sex libris comprehensam, quod nonnullis visum est, iis que non parum eruditis; sed adversus secundum librum de Nupt. et Cœcub. quo missa per Valerium excerpta consultaverat. Duobus igitur Augustini libris non prolixissimus Julianus quatuordecim repositus sane non brevissimos.

* Augustinus (Lib. 1 contra Julianum): *Contumelias tuas et verba maledicta, quæ ardens iracundia libris quatuor anhelasti, etc.* Et alio in Operæ (Lib. 1 Oper. Imperf. cap. 58), cuius impurus hereticus turpe quidam et obscenum objecisset sanctissimo viro, respondet ille per suum manu scriptum: *Non expavescis quod scriptum est (1 Cor. vi, 10): Neque maledici regnum Dei possilebunt; neque enim tam fœda convicia nihil burlivant, nisi maledicendi libidine loquereris.*

* Hoc ingenio fuerunt, eaque arte usi sunt, cum omnibus retro sensu omnino heretici, tum præseriunt Pelagi. Hinc Augustinus (Lib. 1 contra Jul. cap. 1): *Primum abs te quero (Julianum alloquitur) cur libido meo saltem specie tenus te respondisse gloriaris, cum tuis libris quatuor, unius mei partem, nec quamquam reprehendendo tetigeris, eosque saltus in prætereundis meis disputationibus feceris, quasi omnino desperares nitrusque operis, et mei scilicet, et tui, quemquam esse posse lectorum qui ita deprehenderet. Denique etiam paucis ipsis, in quibus vix est, ut dicas, quarta pars voluminis piei, quæ velut infirmiora exatimans, quatuor tuorum grandiorum voluminum strepitum, quasi quadrangularis impetu prostrernere ei concilcre molitus es, consideratio multo plurium ceterorum que attin gere tinueristi, inedncussa manere monstrantur, quod ostendere peine superstitionem est.* Admonendi enim sunt potius quod hoc nosse desiderant, ut non eos pugnat utrumque legere, et quod scripsi, et quod respondere voluisti.

Quinque episcopi aut Innocentium (Episi. 17 inter Augustinianum): *Non agitur de uno Pelagio, qui jam for-*

A nec notam eorum ad posteros originaria successione transisse; sola autem imitatione illorum, qui divina mandata contempserit effici reum.

11. Nec ergo, ut dixi, totum opus, cum studio-sius perlegi sem, breviter pro nostrarum virium fa-cultate, *Subnotationibus* [Baluz. add. et] libris ejus, ubi opportunity exigit, appositis, ego quo-que respondi, quo lector post tanti patris et magis-tri tubam, nostram etiam palearem fistulam non aspernatus assumere, tota intelligat brevitate Julianum in elaborandis numerosissimis libris inanem et plenam potius jactantem: cum summa impietate ope-raru impendisse.

12. Sane quoniam easdem ipsas quas dixi Sub-notations in unum corpus redigere me debere tu-quinque, & venerande presbyter Pienti, jussisti, parvi imperatis non ignorans in maledicta et es-ferata illius lingua nos convicia incursuros. Sed quid possunt extra [Baluz. add. Dei] Ecclesiam alligati rabidi canis latratus? Gloriemur nos tantis viris, tantisque ecclesiasticis doctoribus toto plane orbe fulgentibus, in quos ille tam inaudito, tam nefanda, tamque obscena siue atrocia maledicta jaculator, participes ac socios fieri.

13. Scio sane quod etiam de ordine capitulorum subcensurus sit nobis, et plus loquendo quam solet inanem contra nos strepitum verborum moturus,

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

tasse correctus est, quod utinam ita sit! sed tam multis quibus loquaciter contententibus, et infirmas atque ineruditas animas velut convictas trahentibus, firmis autem et in fide stabiles ipsa contentione fatigantibus, usquequaque jam plena sunt omnia.

* Sic recte BB. At Baluz. edit. mendose, ex suis libris. Inuit vero auctor primum Augustini opus contra Julianum, sex libris constans. GALLAND.

* Ut unam per se partem heresis Pelagiæ Julianus in suis libris defendendam suscepit, ita unam Mercator oppugnandam putavit; de qua nempe una consuluit Augustinum, ut cedili potest ex responsioniis ea parte que habet (Post prefat. generalem).

* Subnotationes tamen conscripsit in duos tantum priores libros, non alia eorte de causa quam quod his solis tractatur questio de mortalitate Adami, et peccati originalis existentia, quam unam agitantiam suscepit Mercator, nihil admodum sollicitus de reliquis ad aliud argumentum pertinentibus.

* Subnotationibus, id est responsionibus que subiectæ sunt verbis Juliani sicut fecerat Augustinus. BALUZ.

* Mos fuit illis temporibus, ut unus presbyter pro-sbyterum alloqueretur, vel fratrem diceret, vel con-presbyterum; quare ex hoc loco non immerito licuit concludere. Mercatorem tunc cum haec scriberet, neque episcopum fugisse, neque etiam presbyterum. Scriptis vero post obitum Augustini ann. 451, aut etiam 452.

* Id est, contra. BALUZ.

* Augustinus (Lib. cont. Jul. cap. 5; vide etiam 7): *Tantumne apud te (In ianum assatur) possunt Pelagi et Celestius, ut a solis ortu usque ad occasum, tot ac tantos fidei Catholicæ doctores et defensores, antiquos et nostros etatis contiguos, dormientes et manentes, non solum deserere, sed etiam Manicheos audeas appellare?* Miror si hoc al quando ex tuo poterit ore procedere, quod te tamen clamare prævious tui compellit erroris: sed mirum si in facie hominis tantum intervallo est inter frontem et linguam, ut in hac causa siens non compimat linguam.

accusans videlicet ordinem contra se nostrorum nullum esse dictorum. Subnotationes, ut iam diximus, pravis nos ejus sensibus partim [Baluz. sparsum] apposuimus, vel admovimus; non ullum adversus eum condidimus librum.

16. Ille sane curet de nobis

..... Medio ceras implere capaces

Quadrivio...,

(Juv. Sat. 1)

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

a Libri nomine Mercator appellare noluit Subnotationes suas, Commonitoria, et quæ sive ex Græcis Interpretatus est, sive quæ ex Latinis decerpit, quibus Coelestiani Nestorianique convincerentur; eaque, ut opinor, causa fuit, cur inter tractatores ecclesiasticos neque a Gennadio recensitus sit, neque ab aliis tum antiquis, tum recentioribus scriptoribus ecclesiasticorum nomenclatoribus, id est que pene oblitioe consupitus fuerit, ne ipso quidem nomine, si Augustinus siluisse, memoria consignato. Quamquam ut a Gennadio prætermitteretur potuit alia esse causa, nempe odium Mercatoris in Pelagianos, Gennadii in eosdem studium.

b Nemo veterum non probravat Pelagianis quod arte logica abuterentur, neglegitis Scripturæ sacrae testimoniis, quibus tamen in dirimendis fidei controversiis opus est. Augustinus (Lib. 1 advers. Jul. cap. 1): *Itane nos, filii Julianæ, Manichæi sumus? rogo, quid respondebis? quibus tot sanctos Patres oculis intueberis? quæ tibi argumenta succurrunt? quæ Aristotelis categoriæ? quibus ut in nos velut artificiis disputator insilias, videri possunt?* quæ tuorum argumentorum vel acies vitrea, vel plumbeæ pugiones in illorum

A nos cum ingenii tenacitate, fide christiana fundata, a mundi sane sapientibus longe semota, et exprobationes ejus cum Patribus nostris et magistris patienter excipimus et exorbitationes illius a catholica veritate, divinis Scripturarum [Baluz. add. nostrarum] eloquii, b non sophismatum arte, consumamus, convincimus et destemus.

conspectu exerci andebunt? quæ abs te arma non fugient, nudum pue destituent? Et alio in loco (Lib. iii cap. 2): *Ubi est acumen tuum, quo tibi videris et categorias Aristotelicas assecutus, et aliam dialecticæ artis astutissimus?* Et iterum (Ibid., cap. 7): *Vides quam dialectice nihil dixeris, et null'a quidem culpa dialecticæ discipline, tu quantum a tramite ejus exorbitaveris. Videris illius artis verbis ad hoc uti, ut eis inflatus attenitos facias imperitos, volendo videri esse quod non es: quod etsi essem, ad eum modum, quo ista disputanda sunt, nihil essem, sed plane nunc et ineptus, et imperitus, tunc autem ineptus artifex essem; et tamen dialecticorum quasi jaculis oneratis acutis in certamen praedabis, et jactas plumbeos pugiones.* Et alio in loco (Lib. iii Op. Imperf. cap. 32): *Isti sunt quos urbana exigitatos dicacitate, vel possumus vanitate, contemni, quia non possunt secundum categorias Aristotelis de dogmatibus judicare?* quasi tu, qui maxime quereris examen vobis et episcopale judicium denegari. Peripateticorum possis inventare concilium, ubi de subjecto et his quæ sunt in subjecto contra originale peccatum dialectica sententia proteratur, etc. Si dialectica ista, que te non adficit, sed inflat, et tam ridiculum quam jactanticulum facit, etc.

INCIPIT LIBER.

CAPUT PRIMUM.

Nunc verba Juliani ex libro ejus primo ad Florum
capitulo CXI ita.

a Sed currant ad eum, qui clamat, *Jugum meum suave est, et onus meum leve est* (Matth. xi, 32), qui et male agenti veniam pro inestimabili bonitate largitur, et innocentiam, quam creat bonam, facit innovando b adoptandoque meliorem. c

1. Ad hæc. Præter responsa sancti viri, omnes

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

a In editione Menardi et Vignerii eadem est capitulum partitio, ac erat olim, cum Mercator Opus Imperfectum Angustini legeret, id est, statim post mortem sancti doctoris. Neque mirum id videri debet, cum libros singulos suis singulæ capitibus Augustini ad verba Juliani responsiones distinguant. — Cap. cxii. Ita veteres libri et editio Gerberonii. Verum quia in editione librorum S. Augustini adversus Julianum legitur ext. Garneius isthie ita quaque emendavit. Sic etiam paulo post p. 8 reportavit xvi pro xvn, et alibi. BALUZ.

b Referuntur hæc ipsæ verba Juliani iterum a Mercatore (Cap. 8 hujuscem Oportet) et ab Augustino (Lib. 3 advers. Jul. cap. 3); neque vero singularis ista loquendi formula Juliano fuit, sed omnibus aliis Pelagianis communis. Unde anterior librorum Hypognosticon cum Pelagiano ita loquitur (Hypog. lib. v, sub finem): *Nos, inquit, sicut aliquoties a vobis audivimus, in remissionem peccatorum tam majores aetate quam parvulus baptizamus; et cum vobis ita contradicimus fuerit a nobis: ergo eas peccatum in parvulis quod eis in sacro baptisme remittatur. Respondetis nullum. Tantum*

C quidem innovat creando, sed non omnes renovat regenerando; nisi eos tantum de quibus ipse ait: *Nisi quis [Baluz. qui] renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto [Baluz. oinit. sancto], non potest intrare in regnum caelorum* (Joan. iii, 5). Seu ut idem ait: *Nisi quis natus fuero denuo* (Ibid., 8). Unde suspectus es fraudis et doli, quod nusquam in toto Opere tuo renovationis tibi visa est mentio facienda; sed innovationis tibi sermo semper venit in mentem. Nam certum est inter innovationem et renovationem plu-

tum in adoptione filiorum baptizantur; habet enim in eius gratia quod adoptet, non habet unda quod diluat: propter solum vero symboli formulam, ut tradita consuetudo servetur, linguntur in remissionem peccatorum, etc.

c Post hæc Garneius addit responsum Augustini sic se habentem: *Augustinus: Ipsi sunt homines quibus invides liberatorem, quos habere malum a quo libererentur negas: quomodo ergo constanter fideleritque respondeas quod non invideatis liberatorem hominibus Dominum Jesum Christum, cum potius pertinaciter et infideliter agas ne ab illo salvi fieri credantur per te, sicut salru n facit populum suum a peccatis eorum (Matth. 1, 21), propter quod eum, Evangelio loquente, didicimus appellatum esse Jesum. Non igitur docere, poteris liberaarem Christum vos hominibus non invidere, quia parvulus non esse homines nullo modo potest ostendere.* Edit.

d Certum tamen, non semper Patres usos fuisse tanta expeditia; nam et Augustinus adhibuit innovationis nomine, cum diceret: *Sicut ergo ut anima jam existens creatur innovatione justitiae, sic iam existens*

rimus, intercesserit innovationem eam, sicut omnibus est notum, intelligi potest quod numquam fuit, et noviter exstitit; renovatum vero id quod utique jam erat, in vetustatemque pervenerat; quod si renovatur, dicitur renovatum.

2. Sed nec probari facile poterit a divinam Scripturam usam esse hac locutione, innovatione videlicet; sed de renovatione ei ciberrimus sermo est.

3. Audi invitus Apostolum Panum dicentem: *Siculi est veritas in Iesu deponere vos, secundum pristinam conversationem, veterem hominem qui corrumplitur secundum desideria erroris; renovamini autem sensu [Baluz. sensu] mentis vestrae, et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia sanctitatis et veritatis (Ephes. iv, 22).* Item idem: **B** *Cum autem benignitas et humanitas illuxit Salvatoris Dei nostri, non ex operibus justitiae, qua nos fecimus, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti, quem dilissime effudit super nos in Christo (Tit. iii, 5).* Item idem: *Est exterior noster homo corruptus, sed interior renovatur de die in diem (II Cor. iv, 12).*

A Deinde audi qui etiam adoptentur; audi, inquam, non me, sed apostolum Petrum: *Vos, inquit, genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus in adoptionem, ut virtutes Dei annuntietis, qui vos vocavit de tenebris in admirabile lumen suum (I Petr. ii, 9).* Audisne quid dicat? sentisne quid predicit? illos adopari videlicet, ut stant in adoptionem populus Del, qui sunt de tenebris evocati in illud admirabile lumen: unde consequens est ut nisi quis fuerit de tenebris evocatus in illud admirabile lumen,

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

singitur et conformatio doctrina (Epist. 166). Usi quoque Milevitanii Patres (In Synodica ad S. Innocentium): Pueros, inquiunt, eti nullis innoventur christiane gratiae sacramentis, habituros vitam eternam nequam presumptione contendunt.

Neque Julianus abhorruit a voce regenerationis, cum ageret de baptismino, quam tamen Mercator vult esse pars cum renovatione protestatis. Sic enim loquitur (Lib. v Op. Imperf. cap. 9): *Nos vero renaci omnes baptismate debere, et opere nostro, et sermone testamur; sed non ut hujus impertitione beneficij de jure videantur diaboli plagiati; verum ut qui sunt opera Dei, fiant pignora Dei; et qui nascentur viliter, non tamen noxie, renascantur pretiose, non tamen calamitiose; quaque prodeunt ex Dei institutis, provehantur mysteriis Dei; et qui afferunt opera naturae, dona gratiae consequantur, ac Dominus suus, qui eos fecit condendo bonos, faciat innocando adoptandoque meliores.*

a Non est usa, quod sciam, quando fuit sermo de baptismo; sed de paenitentia dixit David: *Cor mundum crea in me Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis (Psal. l, 12).* Dixit et Jeremias: *Converte nos, Domine, et convertemur; innova dies nostros sicut a principio (Thren. v, 21).*

b Pelagiani cum adversus catholicos de propagatione peccati ab Adamo in posteros disputatione, precatum illud maluerunt dicere naturale quam originale, ut tanto maiorem facerent apud minus eruditos homines catholicos invidiam, quanto viderentur propterum habere, saltem verbo tenus, affinitatem cum

A non sit genus electum, non regale sacerdotium, non genus sancta, non populus in adoptione esse mereatur.

5. An dicturus es forsitan et jussurus ut [Baluz. om. ut] maiores tantum homines, qui de tenebris in illud admirabile lumen tamquam peccatores evocantur, ipsi tantum sunt populus Dei; parvuli vero ad ipso ortu suo in lumine constituti, expertesque tenebrarum, quia tantum, ut tu vis, innovati sunt, non autem renovati ex aliqua vetustate peccati, non sint ex populo Dei? Quis te christianorum ferat ista loquentem? quis te non exhorreat, et tamquam lethale virus non [Baluz. om. non] fugiat haec scribente?

CAPUT II.

Item in libro II. capitulo XVII serba Julianus.

c Verum imbecillum tunc [Baluz. excep] opinionis patrocinium multiplicat peccata, non minuit. Ille igitur miserorum pruritus et spoule decrescentium nefum contra ipsam veritatis rationem valet pondus asserre. Sed quia nonnullis Scripturarum locis, et maxime apostoli Pauli, confirmari assertur b naturale peccatum, etc. »

1. Ad hanc. Nemo dicit naturale, vel naturam esse peccatum, sed originale; et id in natura esse, non d extra naturam; nec absurde tamen, aut [Baluz. om. tamen, aut] abusive dici posse naturale, non tamen naturam: nam deceptus ipse decipis quos potes [Baluz. add. Etiamen]. Inter originale et naturale est nonnulla distantia; et quamvis quod naturale est possit et originale dici, non tamen quod originarium est, naturale quidquam [Baluz. et naturale] cogit fateri. Et accipo exemplum: natura est omnis homo, cuiuslibet etatis, sexus, atque condi-

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

Manichæis, qui malam assererent hominis naturam. Pelagius (In libello Fidei num. 7): *Absque sola peccati macula, quæ naturalis non est. Julianus (In libello Fidei part. II, num. 10): Quoniam igitur præmissus de bono naturæ et benedictione, et honoris conjugii, consequenter renuius naturale peccatum, vel si quo alio vocabulo nuncupatur, ne creatori Deo omnium irrogamus injuriam, dum aliquid ab illo cum peccato fieri potuisse contendimus, et testimonia Scripturarum ejus falsitatis arguamus.*

D Cum Julianus dixisset: Confitearis necesse est naturale, quod Manichæus finxerat, sed tu nomine commutato originale vocas, interiisse peccatum, etc.; respondens Augustinus (Lib. v Op. Imperf. cap. 9): *Nos, inquit, originale peccatum propterea significatus quam naturale dicimus, ut non divini operis, sed humanae originis intelligatur, etc. Hoc est quod vulgo dicunt in scholis, maculam peccati dici non debere Adami posteris naturali, si natura sumitur substantia, quæ Dei opus est; licet vere sit naturalis, si natura pro origine ponitur, nascendo enim contrahitur.*

e Responsio Augustini apud Garnerium: « Augustinus: Quare non fateris ab omnipotente justo grave jugum super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum (Eccl. xl, 1) sine ullo peccati merito non potuisse constitui. » Omittit ut supra Baluzius. EDIT.

f Extra natum. Ita veteres libri et editio Gerberonii. Garnerius repositus extra natum. Verum haec emendatio non erat necessaria, cum sensus absque ea sit planus. BALUZ.

nomis; origo vero [Baluz. conditionis origo, ut] est A senator, curialis, servus, colonus, barbarusque, quae non sunt naturae nomina, sed originariae conditionis. Ita nos non dicimus naturam aut naturale esse peccatum, sed originis causam addictæ serviliter per peccatum.

2. Quamvis, ut jam diximus, præter naturam in qua sit, esse non possit, nisi dementissime querendum id extra hanc existimes: vel [Baluz. om. vel] suspece sit propriam habens substantiam vel naturam ei te ita sentientem devoret Manichæus, qui mali naturam sui juris, sui status et originis principatum tenero ac habere cum impietate delirat.

CAPUT III.

Item in eodem capitulo paulo infra verba Juliani.

¶ Ostensum est igitur nihil posse per Scripturas sanctas probari, quod justitia non possit tueri: quia si in lege Dei est perfecta forma justitiae, nihil per eam adversaria ejus, id est, injustitia sinitur virtutis acquirere; ac per hoc, b quod ratio arguit, non potest auctoritas vindicare. » c

1. Ad hæc. Vellere probares tua ratione puerperium virginis, vel conceptum sine virili commixtione

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

a Ostensum ergo. Garnerius reposuit, Ostensum est igitur. Fatendum est hoc discrimen esse parvi admodum momenti. Anno tamen, quia cum lectio nostra reperiatur in antiquis exemplaribus Mercatoris et apud S. Augustinum, nulla ratio erat mutandi vocem ergo in igitur. BAUZ.

b Difficultatem lectori erat Mercator: nam videatur, vel non a seculo mente Juliani negantis, auctoritate vindicari posse id quod falsitatis ratio argueret; vel sententiam legisse cum negatione nota, hunc vero in modum: *Quod ratio non arguit, id est, non probat, non potest auctoritas vindicare.* Lector facile advertet, si tantisper animum reflectat, sensum affirmantem favere magis Juliano, negantem Mercatori.

Quamquam Julianus ipse, ut est apud Augustinum (Lib. i advers. Jul. cap. 7), quoque aliquid prohanc occurseret, voluit hunc ordinem argumentorum servari, ut primum ratio, tum Scriptura, denique auctoritas sanctorum adhiberetur. Sic enim loquitur: *Cum igitur liquido clarent hanc suam et teram esse sententiam, quam primo loco ratio, deinde Scripturarum muniri auctoritas, et quam auctoritorum ritorum semper celebravit eruditio, qui tamen veritati auctoritatam non sua tribuere consenserunt, sed testimoniū et gloriam de ejus suscepere consortio; nullum prudenter conturbet conspiratio perditionum.*

c Apud Garnerium: « Augustinus: Unicam adhuc toti continentia sententia responsum, quippe magis sollicitus de dogmate, quid per se tractandum foret, quam de incidentibus vocalis quas Morius ad subtilius forte morosiusque examen vocavit. » EDIT.

d In Garnerio: « Augustinus: Non expavescis quod scriptum est: *Neque maledici regnum Dei possidebit* (1 Cor. vi, 10). Neque enim tam fœdū convicia, nihil te adjvantia, nisi maledicendi libidine, loquenter. » EDIT.

e Tam obcenum Juliani convictum impatiens fuit Mercator quam Augustinus: quare inflammata bile propter dignitatem sanctissimi sensu violatam, et ab eo qui minime omnium deberet, cum fuerit ab Augustino sui parentis amico singulariter dilectus, et ea impudentia quæ ne hominem quidem deceret, multo minus episcopum; respondet stulto secundum stultitudinem suam, ne sibi sapiens videtur (Proverb. xxvi,

A [Baluz. permixtione], Deum quoque dominum factum, et per etatuum incrementa ad crucem suis perductum: quod quia humana ratiocinatio nulla, consigna, per fidem divinorum eloquiorum auctoritas vindicat.

2. Ridendum ergo, immo stolidum in te est, quod sis: « *Quod ratio arguit, non potest auctoritas vindicare.* » Quis autem numeret [Baluz. numeral] tam magna et ita frequenter contra hanc miseram declamatiunculam tuam testimonia Scripturarum, in quibus, quia ratio investigare nihil potest, ad fidem recurritur, ut ejus auctoritate salus eterna queratur?

CAPUT IV

Item in libro secundo capitulo LVIII verba Juliani.

B « Aut si forte, quoniam aliter dogma tuum stare non potest, nisi Adam ex se concepisse et peperisse responderis, Apostolum quidem non hoc sensisse, nulli dubium erit. Tu vero quid sexui tuo volueris evenire monstrasti. » d

1. Ad hæc. « Erubesc, infelicissime, in tanta lingue scurrilis, vel potius mimica obscenitate. Vulgares tu dignus audire acclamations: *Unus tu, unus* & *Phil-*

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

5). Quare hoc in capite, immo et in consequente multa prodit domestica Juliani areaea, multa que ad corruptos hominis pietatem simulantes mores pertinerent, multa que pudorem impunere possent fronti non durissimæ.

f Hæc acclamauium forma et applaudentium vox frequens fuit, ulim etiam in laudibus honestis; de Patribus Ephesini post lecas S. Cœlestini in concilio litteras hæc habentur (Conc. Ephes. part. ii, act. 2, pag. edit. Labb. 618): *Omnes reverendissimū Episcopi simul acclamaverunt hoc justum judicium. Novo Paulo Cœlestino, novo Paulo Cyrillo, Cœlestino custodi fidei, Cœlestino eum synodo concordi. Cœlestino universa synodus gratias agit; unus Cœlestinus, unus Cyrus, una fides synodi, una fides orbis terrarum. Nimirum magna laus est, aliquem ita inter alios excellere, ut alii præ ipso nulli censeantur.*

g De Philistio mimographo, cuius Hieronymus meminit (Apolog. 2 advers. Rufinum). Scaliger ad hæc verba Eusebi (In notis ad Euseb. pag. 64, col. 2, verbo Philistion): Philistio mimographus natione Magnesianus Roma clarus habetur, observavit nonnulla quæ describi opere pretium est: Duo videntur, inquit, suis Philistiones, prior scriptor minorum, teste Suida. Ita enim interpretandum est, ψευδοῖς φιλογράφαις, nam φιλογράφοι sunt mimi, et actores ridiculorum fabularum, qualos Atellanæ apud Romanos. Fuit autem Prusiensis, vel Nicænus, ut testatur epigramma in eum:

Ο τὸν κολωθεῖσταν ἀπόδειν, πιον
Γέλον καὶ πάντας Νεύτης Φιλιστίων
Εὐτάλλη σκηνὴ λαζανὸν παντὸς πιον.
Πολλὰς διατελεῖ, δῆ δὲ εἰδί μάκρα.

Vixit tempore Isocratis, ant, ut alia exemplaria habent, Socratis, teste Suida. Alter fuit nations Magnesius, et ipse tam scriptor quam actor mimorum, de quo hic sermo nunc est, cuius meminit Marcellus, mimos ridiculi Philistionis. Eriphanius in Ptolomeum (Hæresi 33): Οὐτε γέρα τὸν παλαιῶν τραγουδοποιῶν τις, οὐτε οἱ καθεῖται μικροὶ τὸν τρόπον οἱ περὶ Φιλιστίων, λέγω, καὶ διογύτη τὸν τὰ ἄνωτα γραψάντα, etc. Meminit et alibi non semel Marcellinus libro xxx: *Et iudices patiuntur doctos ex l'philistionis et*

listion, unus ^a Latinorum Lentulus, unus libi ^b Hr. ▲ 2. Te' verissime ^d Ampsanctinae scaturiginis ralitus comparandus; namque ^c Martialis et Petronii conregionalis tum telemius fator, te' Averni laetus solus ingenia superasti.

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

Aesopi cavillationibus, quam ex Aristidis illius justi et Cationis disciplina productos.. Hieronymus in Ruthenum: Et quasi minimum Philistonia, ve! Lentuli, ac Marcelli [Corrig. Marulli] stropham eleganti sermonis confitam. Sidonius epistola 2 lib. II: Absunt ridiculis restitu et vultibus histrio, pigmentis multico'ribus Philistoniae suppellexitem mententes. Cassiodorus epistola 61 lib. re: Minus etiam qui nunc tantummodo derisus habetur, tanta Philistonia cautela repertus est, ut ejus actus poneretur in litteris. Ego puto eum Nœta, in quem exstat epigramma supra a nobis productum, euodem esse cum hoc; et Suidam falli, qui revo Isocratis aut Socratis, illum vixisse scribat. Nam Nœca condita est ab Antigono post mortem Alexandri, ab eoque Antigonia, deinde Nœca vocata, multo annis post Isocratis et Socratis mortem: quare non dubium est unum mimologum Philistionem, non duos, fuisse. Ita Scaliger.

Ep gramma Græcum extemporalis Latinitate ita donatum:

Nicenus ille miserias hominum graves
Condire risu callidus Philistio
Cinis hic sepulchro jaceo: saepe mortuus
Vitam per oponem, morte sed tali haud prius.

Nicenus ille patria Philistio
Qui temperavi miserias hominum jocis,
Hic jaceo, vita quidquid est reliquum mea,
Exsuctus olim saepe, nunquam alias ita.

Nicenus potui miscere Philistio risu
Vitam hominum, et lacrymis consociare jocos.
Nunc jaceo aeternum exanimis. Quod enim ante thea-
Stipe dabat, tumulus dat semel iste, mori. [trum.

* Dubitavi aliquando, an non potius legendum foret, Latinorum Lucilius, cuius meminit Hieronymus bin verbis (Epist. 80): *Mordet et Lucilius, quod incomposito currat pede; sales ejus leporique laudantur.* Hic est qui Lutulentus poeta ab Horatio vocatur, quique prius nasi stylum acnisse a Plinio dicitur: quamobrem a Quintiliano satiricorum principes appellatur.

Dubitavi quoque num foret a Mercatore indicatus Lucilius ille iambographus impudicus, cuius meminit Cicero ad Atticum (Lib. I epist. 16); sed dubium omnino sustulit Hieronymus, retinerique loctionem jussit bin verbis (Apolog. 2 aduers. Rufin.): *Fieri potest ut etiam si a me verum audisti, alius qui hujus rei iguavis est dicat a te esse compositum, et quasiimum Philistonia vel Lentuli, ac Marulli stropham eleganti sermonis conficiam.*

Venit quis ille tandem Latinorum Lentulus, qui cum Græcorum Philistione confertur? an ridiculus ille histrio Spinster, a cuius nomine vocatus est apud Romanos Lentulus Spinster, quod ejus similitudinem maxime referret, cuique postea Lepidi nomen per lepidam vicissim et ingeniosam quasi versuram faciunt?

^b Locus Hieronimi antea citatus legendum docet, Marullus. Fuit autem hujus nominis mimographus eo usque impudens ut Antoninum imperatorem interessore solitus esset, grammaticæ vero regulas de industria contemnebat, ut risum auditoribus moveret.

^c Illo epigrammate, hic satiram scriptis; uterque flammis digna opera: ut mirum sit ex hoc stereore colligi gemmas a christianis, famamque eruditioris ex eo conquiri, unde mormon sanctitas violatur.

^d Ampsanctus lacus est in medio Italia apud Hirpinos, ubi scaturigo aquarum sulphurearum, que quod undique silvis angustissime clausæ sunt, tam

postulentem emittunt balitem, ut proprius accidentes eneocentur. Cicero: *Videmus, inquit, quæcavaria terrarum genera, ex quibus et mortifera quedam pars est, ut Ampsancti in Hirpinis (Lib. I de Divinat.).*

Virgilius Ampsancti vallem describit his versibus (Lib. VII Æneid.):

Est locus Italiae in medio, sub montibus altis.
Nobilis, et fauna multis memoratus in ore,
Ampsancti valles; densis buno frondibus atrum
Urgit utrinque latus nemoris, mediisque fruges.
Dat soinum saxis et tota vortice torrens.
Hic specus horrendum, et sevi spiracula Ditis
Monstratur, rufoque ingens Acheronis vorago
Pestiferas aperit saeves, etc.

Servius ad hunc Virgilius locum: *Habet Ampsanctum aquas sulphureas, ideo graviores, quia ambiantur sub vis. Ideo autem ibi adiuvus dicuntur inferorum, quod gravi odore juxta accidentes necat, adeo ut victimæ circa hunc locum non immolarentur, sed odore perirent ad aquam applicaret. Victimam meminit, quia, ut habet Pininus (Lib. II, cap. 95), in Hirpinis Ampsancti ad Mephitis adem locum, quem qui intraverint, moriuntur.*

Allata sint ista, ut restitueretur locus admodum corruptus, ubi Julianus impudenter bacchatus in S. Augustinum ita loquitur (Lib. I Op. Imperf. cap. 4): *Hic tu, sacerdos religiosissime, rhetorique doctissime, exhalas tristius et horridius aliiquid, quam vel Consen. (apud Menardum; Consensis apud Vignarium et Paludanum) vallis vel putens Avernus; immo celestius quam ipsa in his locis idolorum cultura commiserit. Ubique mendum est, legendum enim vel Ampsanctum vallis, vel putens Avernus, etc.; nam apud veteres nulla mentio est neque Constantine, neque Consensis aut Cossensis, immo neque Comparsa vallis (quamquam Comparsa urbs est apud Hirpinos), ex qua tetram quiddam exhalaret, et idolorum cultura infanda quedam ac horrenda committeret. Fuit vero prope Ampsanctum lacum templum Mephitis deæ, quo qui accedereut, enecabantur; fuerunt Ampsancti valles, quarum meminit Virgilius; fuit et in vallibus putens Avernus, sive specus prope templum Mephitis; fuerunt denique horrorea deæ Mephitis sacra. Quæ omnia mirum quantum faciunt ad comparationem qua Julianus Augustinum, post illam sancto doctori abominandi sacrilegii et detestande blasphemie calumniam, ait exhalasse tristius quiddam et horridius quam vel Ampsanctina vallis, vel putens Avernus spiraret; immo celestius quam ipsa in his locis idolorum cultura commiserit.*

* Ampsanctinam scaturiginem dicit conregionalis Julianus, quia Esculanum, sive Eclanum, cuius urbis episcopatum tenuit Julianus, vix paucis milliariis distat ab Ampsancto lacu; atque hinc, auctore Mercatore, resellitur opinio eorum qui alterius cujuscumque loci episcopatum Juliano tribuerunt.

^e Nulli ignotum est Averni nomen varia significatio sumi solitum. Proprium fuit lacus Comparsa prope Baias, ex quo exhalationes sulphureæ surserunt sursum, adeo vel pestilentes, vel tenues, ut præter volantes aves aut eneocent propter vim malignam, aut sustinere nequeant propter tenuitatem; unde factum nomen Avernum, ἄφος, quod inde translatum est ad significandum quemlibet terræ latum, ex quo, velut ex inferis, fator noxiisque halitus valalem aurum corrumperet, et hominibus perniciem crearet. Hinc Julianus ipse, loco ante emendata, putatum Averni dicit pro biau, ex quo prope templum Mephitis erumpet tetri odoris vapor.

noceatissimus halitus, te postremo Atabulus proxime
vincere uae pestifer halitus inflavit, quibus tot
morbis torpidus et mæsus, immo insanus esse-
tus, hæc eructares, hæc evomeres, hæc exhalares;
atque utinam! quia hoc tibi fuisse utilius vitalem
spiritum exhalasses, antequam tam obscura, tamque
plea dedecoris, pleno ore proferres.

A 3. Quis scemicus turpis, quis durio, vel sa-
natio professa licentia turpitudinis publice ista pro-
ferret? te matrone castæ, te honesti et ornati viri
legant? sed si honestatis sint memores et pudorie,
exhorrebunt, et veluti monstruosam viperam, ut fer-
tur hydra fuisse, disfligent.

4. Tune sanctæ ac beatæ recordationis & Memoris

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

^a Hoc in loco indicat Mercator, quod aperte docet Augustinus, Julianum in Apulia natum; Atabulus enim ventus est Apulie peculiaris, unde etiam Apulie appellatur. Meminit Horatius his versibus (Serm. lib. ii satir. 5):

Excipit ex illo montes Appulia notos
Osteutare nibi, quos torret Atabulus.

etc. Quem locum explicans Porphyrius Atabulum dictum ait παρὰ τὸ τὸν βάλλεται, hoc est, a noxa inferenda. Est enim frigidissimus, teste Plinio (Lib. xvii cap. 24), et si flaverit circa brumam, omnia exsiccatur, tristitia arescit, ut nullis postea solibus recreantur valeant. Vide Gellium lib. ii cap. 2.

^b Flatus. Quæ paulo ante dicta sunt de Atabulo, ea confirmant lectionem nostram, quam accepimus ex codice Bellovacensi. Aliæ editiones habent halitus. BALUZ.

^c Memini me aliquando apud Augustinum legere, Julianum infirmam valetudinem usum fuisse, morboque conflictori solitum: causas morbi, immo qualitatem docet Mercator. Fuit enim leucophaemacria ab halitu maligno, sive Atabuli venti, qui ex Apulia Hirpinos infestat: sive Ampsanetum securiginis, qui calorem insitum minuit, ac paulatim extinguit: unde vitium partium insecillitas, stomachi ructus, vomitusque, et a crudis alimentois putres halitus, ut tractant medici.

^d Vox illa, si non facta sit, ad significandum hi-
strionem turpia loquentem in theatro, quod valde
opinor: corrupta videri potest, quasi Turpia positus
sit pro Turpilio comicus, qui vivere desit, quo die
expicit bunc locutus vir doctissimus Carolus Dufres-
nius Cangius in suo glossario. BALUZ.

^e Vel facta quoque est vox Durionis, ad indigandum hominem perficta frontis et durioris, quam ut possit a pudore molliri. Quid si pro Durione Curio reprenendus sit? Fuit vero Curio, ut testatur Vallerius Maximus (Lib. ix cap. 1), optimi parentis ne-
quissimus filius, qui sexcentes acerbitum aris alieni contraxit, famosa nobilium juvenum injuria. Quo tem-
pore in iisdem penatibus duo sacula habitarunt: unum frangibessimum patris, alterum nequissimum filii. Non absurdum certe fuerit comparatio Julianum inter sancti Memorii, et Curionem probi parentis filium. Du-
rio, qui dura est et perficta fronte, impudens, ut legitur in eodem glossario. BALUZ.—Durio. Sæpe evenit ut c et l in una coalitæ d formarint. Ita hic, *Quis... durio?* ubi Garnerius miris modis aestuat. Tu si curio aut cluria legeris, plana onnia videbis, Cluria et clura est πίθηκος in glossis: inde vero no-
tissimum in omnes corpore et animo pravos convic-
tum est, ut simili clurimunque pecus appellentur. Sin autem hoc nolueris durionem hæminem dari oris et γέλωνος, qui in scena se objiceret aliorum con-
sumet assueverat, intellige. WESSELING. ad Vet.
Rom. Ilin. p. 583.

^f Cicero (Lib. ii de Orat.): *Quid potest esse tam ri-
diculum, quam Sannio est, qui ore, vultu, imitandis
motibus, roce, denique corpore ridetur ipso?*—Sannio.
Minorum genus, qui et gestu et motu et voce popu-
lum excitant ad risum. BALUZ.

^g Inter epistolæ Augustini una (Epist. 101) scribi-
tur ad Memoriū episcopum patrem Juliani, in qua
hæc inter alia de Juliano: *Quem quidem non audeo*

B dicere plus amo quam te, quia nec veraciter dico. Sed tamen audeo dicere, plus desidero quam te. Mirum videri potest, quemadmodum quem pariter amo amplius desiderem; sed hoc mihi facit spes ampliori visendi eum. Puto enim quod si ad nos, te jubente, vel multente, venerit, et hoc faciet, quod adolescentem de-
bet, maxime qui nondum curis majoribus detinetur. et te ipsum mihi expeditus appetit. Ex quibus videre est improbabus vesani heretici indolem, qui tanti viri, tantæ amicitia, tam teneris vocibus testatae, nonnisi per contumelias et maledicta responderit. Verum hic nativus est heresis spiritus, cum fide omnia iura violare.

Vulgo creditur Memoriū Capuanam Ecclesiam rexisse; tantæ credulitatis vix alia ratio assertur, quam quod ita visum Baronio et Bellarmine, qui et ipsi facile adhibuerunt fidem, sive Prospero (*In epig. adversus obrectatores Augustini*), qui *Campanum Julianum*, sive Gennadio (*Lib. de Script. cap. 45*), qui *Capuanum* episcopum facere visus est. Ille enim consequens suspicati sunt ut Memoriū, quemadmo-
dum erat genere nobilis, ita nobilis Campaniæ Ec-
clesiam rexerit; immo et filio præverit tum munere, tum sede episcopali.

Verum quæ leves sint conjecturæ hujusmodi, nemo non facile videre potest. Nam primo Gennadii variantes codices certam fidem facere nequeunt. Deinde epigramma Prospcri in obrectatores Augus-
tini obscurni habet sensum, quem aperiemus suo loco (*Dissert. 4 de auctoribus et defens. heres. Pelag. in elogio Caeselii*). Deinde Julianus ex Campania origine non duxit, sed ex Apulia, ut docet cum Au-
gustino Mercator. Deinde Capuanam Ecclesiam non tenuit in Campania, sed Eclanensem in Hirpinis, ut testatur Mercator. Quid quod ex Paulini versibus (*In Epithal. Juliani et Jæ.*) non improbabiliter quis conser-
cerit, Ecclesiam Memoriū sub Beneventana fuisse, cui profecto numerique Capuana subjecta est. Nam sanctus poeta cum e celo ingeniose *Æmilium Jæ* parentem evocasset, qui conjugibus a Memorio Ju-
lianii patre deductis ad altare benedictionem cœlestem impertiretur, ita canit:

Surge, Memor, venerare patrem, complectere fratrem,
Uno utrumque tibi nomen in *Æmilio* est.
Junior et seior Memori est; mirabile magni
Munis opusque Dei, qui minor, hic pater est.
Posterior natus, senior, quia sede sacerdos
Gestat apostolicam pectora canitatem.
Filius est fraterque Memori, latitatur adesse
Conunuenit subimet pignoribus patrem.

Quæ verba satis manifeste ostendunt *Æmiliū* etate minorem fuisse Memoriū, sed maiorem sedis prærogativa. Primates enim ab aliis sue provinceis episcopis patres appellatos fuisse, non tam in Africa, sed in alijs quoque locis, ante probavimus (*In notis ad cap. 1 Commonitorii*): quare si conjectu-
ris indulgere licet, ubi silent antiqui auctores, qui majorem loquendi occasionem hacti sunt, Augustinus et Paulinus, vix non opiner Memoriū Eclanensis Ecclesiæ præfuisse, filiumque patris in locum suc-
cessisse. Erat enim Eclanensis civitas sub Beneven-
tana, nee alia videtur fuisse causa cur Julianus cum tanta foret in opinione doctrine, tam ignobilis Ec-
clesia præsiceretur, nisi quod in ea jam meruisset sub patre.

Autequam ex hoc loco discedamus, juvabit anno-

episcopi filius? tu ^a Julianæ primariæ feminæ, et qua nihil honestius inter reverentissimas matronas invenias, utero editus? absit, absit, ut tibi istud credere ausim. ^b Vernularum te eorum potius credididerim illium, suppositumque illis, ut saepe dictum factum, et quod tu potius tanta oris tui petulantia et obsecratice approbas; aut si id non erit, degenerasse eos in te nulli dubium erit, qui sanctos illorum hominum mores, sanctam vitam, institutumque no-

^A veritatemque sermonem in scriptis hisce [BALUZ.] hisque prudenter inspexerit.

5. Quorum sane post obitum sanctorum heminum, tu mortio ^c duas sorores tuas ^d latibus disciplinis tui oris erudisti. Novimus, novimus, quid ubi una earum, cum tu nimis severas in ejus ruinam pudoris insurges, objecerit vel exprobraverit, atque tu mutus illico non ausus es ulterius censura tua ullas dolori ejus inserre molestias.

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

^a Tare Julianum non duxisse uxorem ante ann. 408. Duxit enim post obitum ^EEmilii ^Jz parentis: ^EEmilius vero adhuc erat in vivis ann. 407, si modo, ut est admodum verisimile, non differt ab eo qui a sede apostolica Constantinopolim missus est in causa Joannis Chrysostomi, quemque Metaphrasies Beneficentium episcopum dicit.

^b Hinc primum innescit nomen feminæ, quæ Julianum peperit. Non absurde vero sentiat aliquis eam ipsam esse viduam, ad quam post obitum ^Memorii librum consolatorium scripsisse dictus est Pelagius (Vide *notas ad cap. 4 Commonitorij*). — Julianæ, illam Garnerius suspicabatur eam ipsam esse viduam ad quam Pelagius scripsit librum consolatorium. Sed postea, re melius perspensa, hanc opinionem descurrit ut eam amplecticeretur quæ doret viduam ad quam Palagius scripsit esse Julianam Olybrii conjugem. Qua de re nos pluribus agemus infra ad pag. 140. BALUZ.

^c Subindicat Mercator rumorem aliquando sparsum fuisse in vulgus, nobilibus parentibus pro legitima prole vernularum solum suppositum fuisse, Julianumque suis moribus rumorem approbase. Eo certe nihil fuit aut maledicentius, aut contumeliosius, atque insolentius, quod vitium, ut vernulus facile, ita nobilium filii vix adhæret. — Garnerius hic et infra putat subindicari a Mercatore iumore in aliquando sparsum fuisse in vulgus Julianum fuisse suppositum parentibus suis. Verum aliud, ut ego quidem arbitror, est sensus verborum Mercatoris. Illud enim tantum ait rhetorico, ita diversos esse Juliani mores a moribus parentum, ut suspicari licet suppositum illis fuisse, ut saepe dicitur factum, aut si id non erit, degenerasse illos in filio. BALUZ.

^d Casto vixerant sub sanctissimorum parentum disciplina. Unde Augustinus toti familie bene approcatus, tamquam vere domo Dei: *Habitetis, inquit (Epist. 11c), omnes in aeternum in adjutorio Altissimi, qui habitatis unanimes in domo, pater materque, fratres filiorum, et cuncti unius patris filii memores nostri.* Verum post obitum parentum sorores exemplum fratris post longam dissimulationem jam suo ingenio viventis secutæ, a domestica sanitate degenerarunt.

^e Julianum non castissime vixisse, etiam solito trionio, et episcopatus tempore, præter Mercator am iustinianus ipsenius Augustinus his verbis (Lib. v ad pers. *Jul. cap. 12*): *Secundum te, cum concubere desisterit conjuges, jam non erunt conjuges; quod ne contingat agant, sicut possunt, decrepiti quod juvenes agebant, et ab hoc opere quo etiam continens nimium delectaris, nec efficiat corporibus parcant. Et alibi (Lib. 4 ejusdem. *Operis cap. 11*): Vos pro suscepta vestra (libidine) tam fideler laboratis, ut vim patiatis, nisi tam, qualis nunc est, etiam in paradiso collocetis: non ibi de peccato dicentes talem factum, sed tam nulla peccante fuisse mansuram, cum qua in illa pace dimicaretur, aut ne dimicaretur, quotiescumque surgeret, exploretur. O sanctas paradisi delicias! o frontem qualitercumque episcoporum; o fidem qualitercumque castorum!*

Auctor librorum Hypognosticon (Lib. iv): *Non enim naturale esse bonum libidinem prædicarent, si*

castitatis virtutem intuentes, ut Paulus, corpora vestra castigarent: immo impudenti fronte lascivientes, ejus motum sic procaci lingua laudatis in publico, ut cunctis pateat quid a vobis geratur in secreto, si tamen quæ laudare publice non pudeat, elegant vel secretum. Et Paulo infra: Libido calor bonus est genitalis, nec est in ea quod pudicit; quia si malum esse dicatur, nupicias jam dumvabuntur, sine illa enim non poterit proles existere. Ex hoc advertant dilectos vestros, castissimi expugnatores, quantum libet, quod tantum laudare delectat; aut si non libet, cur suadetis ut libeat, et castitas expugnatur a vobis? cur bonum prædicatis, quod in vobis adversum eosc sentitis? rogo, erubescite. Nemo umquam quod sibi est inimicum, bonum dicere detestatur, et laudum præconius adornare.

Eo etiam pertinet quod refert Beda (Lib. i in *Carnic. cap. 5*) ex libro *Juliani de Amore*, ubi de natura facti, sedis, iuste philosophatum sit, ut totum ponere horrori fuerit.

Inimo Hieronymus Pelagianis exprobavit nimiam cum suis, ut loquuntur, Amazonibus consuetudinem; *Decepistis, inquit, plurimos, maxime eos qui adhaerent mulieribus, et sciunt se peccare non posse (Dialog. 1).*

Quo occasione duo notanda puto: alterum videri ab Hieronymo subindicatum *Cœlestii eunuchum*; alterum ab Irenensi notatum Pelagium intemperantiae in consecrandis epulis, et ad id probandum adductum Isidori Pelagiota testimonium, qui tale quiddam olim exprobabat Pelagio monacho iam cano; sed quod solet Irenensis in *Historia Pelagiana*, quotiens non mutuatur ex Ussorio hereticorum que scribit, hoc in loco bis peccavi. Semel temeritate mentis, qua unicum fuisse tunc leprosus in orbe Pelagium monachum judicavit, cum clamet Augustinus (*Epist. 186*) alterum quoque Tarentiuua ejusdem nominis fuisse. Iterum *exortopœnia*, qua putavit Pelagium, antequam damnaretur, in *Ägypto* aliquamdiu versatum esse, quod omnino pugnat veritatem ratione ex Augustino deducit.

Adducere poterat testem longe certiorum Paulum Orosium (*In apolog. cap. 27*), cuius sunt hæc verba ad Pelagium: *Sed tibi specialis inde portandi oneris fortasse fiducia est, quod balneis epuliisque innutritus latos humeros gestas, robustaque cervicem, praesertim etiam in fronte pinguedinem, sicut scriptum est; Tendit enim adversus Deum manum suam, et contra Unnipotentem roboretur est. Luckrit adversum eum erecto collo, et pingui cervice armatus est. Operiū scilicet ejus crassitudo, et de lateribus ejus arvii dependet (Job. xv, 25).* At illi tales esse non possunt, quibus semper in corde loquitur Christus (*I.ue. xiii, 24*): *Contendite per angustam viam introire, lata est enim gressus ducit ad mortem.* Et Paulus apostolus monet: *Curum carnis ne feceritis in concupiscentiis (Rom. xiii, 14).* Est in me veritas Christi, quia multum doleo pro vobis; juxta sententiam enim beati Petri mei Augustini, *Non est zani fiducia, sed insanii.*

Verum vidit Jansenius suæ se causæ incommodiarum, si ille Orosii auctoritatem Orosio sacerdotem, apologeticam recipere quam, quia suis rebus contraria est, pro supposititia habet, illorum more qui ab Hieronymo et Augustino accusant libidinosi eujusdam judicij, quo ipso quoque Scripturæ librus sibi nou faveutes rejiciebant,

CAPUT V.

Iam in eodem libro capitulo LIX verba Juliani.

e Neq; enim dictum est, Erunt duo homines in uno homine, sed erunt duo in carne una (Genes. II, 14); quo unitiois nomine voluptas illa coeuntium et libido, quae sensum afficiens membra confundat, ac sicut illa prudens intellexit, unam carnem gestit efficere, a Deo instituta, et corporibus ante peccatum docetur inserta. »

*f. Ad hanc. g. Eleganter scurra loqueris more tuo, et spora quo *theatrum* ^a Arbitri Valeriique detristi. Constat in illis prosatoribus generis humani suisce libidinem insitam eorum naturae, quam quidem*

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

h. Responsio Augustini apud Garnerium : « Angustius: Si ut essent duo in carne una, sacre nisi libido non posset (quam suscepiam tuam, qualis nunc a te laudare et expugnatur, quam pudendam confiteris, et sine pudore sic diligis, audes etiam paradisi possessione dolare), nullo modo etiam in Christo et in Ecclesia posset intelligi. Erunt duo in carne una. Neque prius tam longe excorbias a veritatis via, ut etiam conjunctioni Christi et Ecclesiae hanc impulare libidinem. Porro si possunt sine ista esse duo in carne una, Christus et Ecclesia, potuerunt etiam vir et uxor, si nemo peccasset, non pudenda libidine, de qua erubescit, et qui eam laudare non erubescit sed merito laudanda charitate conjungi, et filiorum procreandorum causa esse duo in carne una. Unde Dominus cum dicit: Igitur jam non sunt duo, sed una caro (Math. xix, 6); non utique dicit, Non sunt duo, sed una caro. Quid ergo non sunt duo nisi homines? Sicut Christus et Ecclesia sunt, non duo Christi, sed unus Christus. Unde et nobis dicum est: Ergo Abraham semen eius (Gal. iii, 29), cum de illo dictum sit: Abraham et semini tuo, quod est Christus (Ibid. 16). » Edit.

b Iterum hominem dicendum quae non debet cogit Mercator, ut est apud poetam audire quae non vult,

c Non memini me legere aut Petronium aut Martialem comedias edidisse, sed ab altero Satiricon, ab altero epigrammata conscripta. Spectant igitur verba Mercatoris ad istorum hominum libros, et praesertim ad primum Martialis, qui ab amphitheatro nomen accepit. Maluit tamen Mercator theatri mentionem facere, quam amphitheatri, quia impudicum hominem convenientebat, et theatrum propria erat impudicitia: scena, quod egregie docet Terullianus his verbis (Lib. de Spectac. cap. 20): Numquid ergo extra limes circi juror studemus; extra cardines theatri, impudicitia; insolentia, extra stadium; immisericordia, extra amphitheatum? etc. Si quis horreto voluerit ad impuritatem veteris theatri, legat caput 17 ejusdem libri. — Garnerius hic ait non memuisse se legere aut Petronium aut Martialem comedias edidisse: itaque haec verba spectare ad istorum hominum libros, et praesertim ad primum Martialis, qui ab amphitheatro nomen accepit. Rhetoriceatur autem hic Mercator et nomen generale hue transtulit, quo usus est etiam Martialis in praefatione libri primi: Intraeato theatrum nostrum. BALUZ.

d Utroque nomine intelligit homines impuros, quorum antea meminimus, Petronium et Martialem. Illi enim Arbitri cognomen, isti agnomen Valerii fuit: quamquam apud Romanos, si Valerio Maximo creditus, Valentinus quidam exstitit Valerius, qui amatorios versus plenos impudentissimæ licentiae scripsit.

e Non sumpsit auctor nomen libidinis in malam partem, secundus exemplum Sallustii, cui valde studet; sed illud posuit ad significandum insitum hominibus procreandi appetitum, qui cum per se sit indifferens, inter bona aut vitia censetur, prout freno vel retinetur, vel solvitur.

A divina Scripturæ, non ut tu vis, libidinem galent, sed carnis concupiscentiam nominare, de qua illud implerent: Crescite et multiplicamini, et replete terram (Genes. I, 28). Et illud: Adhæreibit uero suæ, et erunt duo in carne una (Genes. II, 23). Sed si mandatum divinum servassent, non eis futura erat [Baluz. fuerat] inmodesta stimulatrix, infestaque, et importuna instigatrix [Baluz. institatrix], cum non queritur opus ejus, qualis nunc est, trahens vi sua, et magna vasa plerumquo de castitatis aro dejeiciens. Ergo si talis non est, sicut nec est, qualis naturaliter sobolis tantum causa divinitus fuerat data, vitiata est: quo vitio suo cum generas,

B Augustinus tamen Ciceronem imitatns, numquam quod ego quidem meminerim, usus est hoc nomine in bonari partem; neque vero potuit, cum libidinem desinierit appetitus animi, quo ueteris bonis qualibet temporalia præponuntur (Lib. de Mendac. cap. 7). Unde alio in loco ait: Cum igitur sint multarum libidines rerum, tamen cum libido dicitur, nec cujus rei sit libido additur, non sere solet animo occurrere, nisi illa qua obscenæ partes corporis excitantur (Lib. xiv de Civit. cap. 15), etc. Et alio in loco: Quod cibus est ad salutem hominis, non est concubitus ad salutem generis, et utrumque non est sine delectatione carnali, quæ tamen modificala, et temperantia refrenante in usum naturali redacta, libido esse non potest; quod ideo dictum est, quoniam libido non est bonus et rectus usus (Lib. ii Retract. cap. 22).

C *f. Traducem peccati originalis esse concupiscentiam parentum, quæ per inobedientiam primorum hominum esset, et instar hereditariorum cuiusdam agritudinis propagatur in posteris, opinatus est constanter Augustinus cum suis, Mercatore, Fulgentio, Beda et aliis. Quonodo vero per concupiscentiam, quæ in parte animi inferiore est, traduci possit culpa originalis, quæ in superiori existit, recite Mercator explicat his verbis, quæ ex Augustino mutatus videtur: Si talis non est, sicut nec est (carnis concupiscentia) qualis naturaliter sobolis tantum causa divinitus fuerat data, vitiata est; quo vitio suo cum generali, quod nascitur ex vitio, vitiatur est, et jure medico et redintegratore iudicet Christus.*

D *Veritati per se non ita sorte omnibus manifesta: S. Thomas asserre potest lucem, cuius haec doctrina est (I-II, q. 81 et seq.). Duæ fuerunt partes justitiae originalis, qua Deus hominem, quem rectum condere voluit, ab initio gratia donavit: una, qua pars animi superior Deo; altera, qua inferior superiori tamdiu subesset, quamdiu ipsa adhæceret Deo; ista frenum concupiscentiae fuit, illa charitas; ultraque gratis Adamo collata, ultraque gratis posteris etiam conferebunda, si Adamus abstineret ab esu pomum prohibiti. Haec conditio, qua parte voluntatem Adami spectabat, debitum quoddam fuit; qua divinam, mandatum; qua utramque, pactum. Pacti vero hujusce meminist æque Augustinus; praesertim cum peccatum originale demonstraret ex eo Gene-ii loco: Masculus, cuius præputii caro circumcisæ non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit (Genes. xvii, 14).*

E Hujus pacti doctrina, quasi traditione, a Patribus ad scholasticos pervenit, quorum nemo sine teneritatis nota aliter sentit. Hujus intelligentia vanas Michaelis Baij de sublimatione hominis in consortio divinitatis naturali delitaciones catholice confutat, Hujus denique veritas scholæ reprehensorum, vel oscillantia in legendis Augustini libris, vel tarditatis in intelligendis, vel male fidei in interpretationis convictis.

F Peccatum igitur originale, cum sit defectus justi-

quod nascatur ex vito, vitium est, et inde [Baluz. A juri] medico et redintegratore indiget Christo.

CAPUT VI.

Item in eodem libro capitulo lxiii verba Juliani.

« Ille quippe non dixit, peccatum transisse, sed mortem; mortem utique judicii illatam severitate, prævaricationis ultricem; non corporum semina, sed morum vitia consequentem. » *

1. Ad hæc. Bardissime, tuo te pugione feristi: vis enim non peccatum, sed mortem transire per semina, quam tamen ait « judicij illata in severitate, prævaricationis ultricem. » Referatur igitur tibi de tuo. Quid hoc ad posterorum qui omnes omnino mortui sunt, moriuntur, atque morientur, illa utique morte quæ per omnes homines pertransiit, ultrixque prævaricationis, ut dicas? Nam illud aliud ridendum est, quod ait, mortem, quam peccatum esse dixisti peccati, solam transisse in genus, absque illo quod hujus tanti mali existit causa. Eu egregius justi judicij Dei defensor, qui peccatum prosatoris transmittas in posteros, peccatum causam non habentes!

2. Delectat autem quod subnectis: « Non corporum

semina, sed morum vitia consequentem. » Tamquam jubeas potius quam doceas nullum esse mortuum, neque mori, nec moriturum, nisi qui Adæ prævaricationis existiter imitator. Non pudeat tanta vanitatis? Itane nullus fuit, vel est futurus, vel est, saltem^b secundum magistri tui Pelagii definitionem, quæ a te tot libris defensa est, qua ambo decernitis, « posse hominem esse sine peccato, et facile Dei mandata servare? » Ut ergo dicebamus, vel secundum vos ipsos, nullus fuit per totæ aetate, qui, alienus hujus vestre imitationis inventus, hanc in se Adæ peccatum non mereretur excipere, quam dicas « prævaricationis ultricem, et quæ non semina, sed morum vitia iussa est consequi. » Et certe hi quos dicitis « posse esse sine peccato, et facile Dei mandata servare, » esse sine vitiis debent. Postremum tota milia infantium absque vito ullo secundum vos nascuntur, nati sunt, atque nascentur. Cur itaque hac [Baluz. hæc], quæ judicij severitate illata est ultrix prævaricationis [Baluz. om. prævaricationis], morte plectuntur, quain nec causa sua secuta est, nec, ut dicas, transit in quemquam « ipsorum? »

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

tie originalis, quemadmodum definit S. Thomas, duabus oportet constare partibus, una materiali, que concupiscentiae effrenitas; altera formalis, que charitatis privatio. Illam vocat Augustinus vitium, morbum, languorem, et malum naturæ; istam peccantib; et culpam. Culpa sacramenti virtute tollitur, vitium relinquitur ad agonen: et si vel peccando crescit, vel bene agendo minoratur, quanto magis aut peccandi consuetudine creature, aut Deus beno vivendo dulcescit. Quemadmodum ambæ partes iustitia originalis ita connecabantur mutuo, ut fuerint olim in Adamo innocentie, futuraeque essent in posteris innocentibus unicum beneficium; ita utriusque pars vacuitas, ut unicum fuit in Adamo peccante damnum, ita sunt unicuni in posteris malum, donec renascentur in Christo, et novi homines sint.

Justus ergo cum procreat filios, quia ex eo gignit quod reliquum est ad agonen, peccatum cum vito traducit in filium; suis enim principiis similia sunt quæ ex ipsis orta sunt.

Eo pertinent tum similitudines quibus interdum noster Augustinus, tum voces metaphoræ quibus hanc rem explicat. Ait enim vitia esse parentum senaria, argos oriri et ægris, incircumcisos ex circumcisio, ex oleis insitis oleastros, ex justis peccatores, quia generando traducunt caro, quæ, expers freni iustitiae originalis animam excepit carentem altera iustitiae parte, quæ charitas, donec eam per sacramentum Christi recipiat.

Auctor quidam nullum laboris hac in parte posuit, et vix tamen hilum profecit, proprie quod maluit aliquid dicere, quo doctribus scholasticis contradiceret, quam consentire sanctis magistris Augustino et Thoma, de pacto Deum inter et Adamum initio. Quare coactus est ad absurdas quasdam conjecturas venire, de corrupto parentum semine, de vitiata per peccatum Adami temporie, de occulta mortis causa qualitate a serpentis huliu immissa, aliisque similibus figuris, quæ per suumnam injuriam Augustino astinguntur.

Sed quid opus fuerat quæstionem, cum primum nascetur, paulo quidem obscurior em, sed docterum postea labore Ecclesiæque sensu illustratum, iterum offusus nebulis in pristinas revocata tenbras? Au tanti erat damnata a tribus summis pon-

tisibus opinionem, *Quod consortium dirigit naturæ sit homini naturale*, pertinaciter tueri, ut fides peccati originalis vix non perverteretur in commentum suppar blasphemias Illyrici? Quid explicatus sententia S. Thomæ, cuius Summam Jansenius, Augustinum contractum, et certa proportione rationibus naturalibus alligatum vocal?

C ^a Responsio Augustini apud Garnerium: « Augustinus: In eo quidem loco, ubi dictum est: Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit; utrum peccatum, an mors, an utrumque per omnes homines pertransiit dictum sit, videtur ambiguum. Sed quid horum sit, res ipsa jam aperte demonstrat: nam si peccatum non pertransisset, non omnis homo cum lege peccati, quæ in membris est, nascetur; si mors non pertransisset, non omnes homines, quantum ad istam conditionem mortalium pertinet, morerentur. Quo l autem dicit Apostolus, in quo omnes peccaverunt, in quo intelligitur? nisi Adam, in quo eos dicit et mori, quia non erat justum sine crimen transire supplicium. Quocunque te veritas, nullo modo catholicæ fiduci fundamenta subvertet, præterim quia et tu ipse tibi adversuris, qui nunc diris, non peccatum transisse, sed mortem, cum superioris dixeris, Apostolum ideo non duos homines, sed unum inculcasse, ut doceret imitatione transisse, non generatione peccatum. Quid est D quod nunc dicas, non peccatum transisse, sed mortem? Edit.

^b Notandum in primis loens, ex quo constat multis libris a Juliano defensam fuisse Pelagii sententiam de impeccabilitate hominis, et viribus naturæ ad servanda Dei præcepta, Quibus autem de libris loquitur Mercator? neque enim hoc argumentum aut in priore, aut in posteriori Juliani Operæ adversus S. Augustinum tractatum est. An Juliano tribuenda est, auctore Mercatore, epistola ad Demetriadem? An liber de Natura, et libri tres de Libero Arbitrio, aliaque ejusmodi Operæ, quæ Pelagii sensu, verbis Juliani composta sint? An tribuendus quoque, quod aliunde augurati sumus, liber Ratiocinationum, in quibus quæstio utræque agitur, et secundum Pelagi mentem delimitur (Vide dissert. I, in elogio Pelagi)?

^c Quemquam lapsum. Ita veteres libri et editio Gerberouii. Sed Garnerius reposuit ipsorum. Baluz,

3. Hic tibi de manibus, ut ita dixerim, cecidit A illud condiscipuli tui Cœlestii egregium definitum: « Quidam peccatum Adæ ipsum solum læsit, et non genus humanum. » 4. Hic est Cœlestius unus ex illis quibus in tui operis libro primo de quatuor ad Turbantium haec ait: « Doctores nostri temporis, frater beatissime Turbanti, et nefaræ, quæ adhuc servet, seditionis auctores ad hominum qñorum sanctis studiis uruntur, contumelias et exitium decreverunt per ruinam totius Ecclesie pervenire, non intelligentes quantum his contulerint honoris, quorum ostenderunt gloriam, nisi cum catholica religione, non posse [Baluz. potuisse] convelli. » Itane oblitus amicitiae es [Baluz. amicitias]? itane consuevisti defendere? an nunc tibi ipsi patrō opus est? et decepti sunt qui te sibi paraverant defensorem?

4. Et hæc a me, tamquam qui te nimis callidum

et disertum non intellexerim, dicta sint, quod et tu sine illa dubitatione jactabis; ubi si hoc tibi perseris, plurimum te [Baluz. omit. te] fallas. Ego enim te intellexi, et quid contra fidem tenacem recti ineptissime sentias novi, et quibus verborum hic modo utaris ambagibus memoria teneo, et paululum nos patere, hæc probabimus.

5. Abuteris videlicet Christianorum simplicitate, qui in hos libros tuos legendos incident: tua verba ista sunt nempe, « In omnes vero homines non peccatum transisse, sed mortem, illatam utique severitate judicii, prævaricationis ultricem. » Hic hic interim te aliquantulum teneam; hic tecum moras aliquid quas utiliter teram; rogo si simpliciter, et non e dilemmatus, tamquam ad Crosum et Pyrrham Loxias B (unus etenim erroris spiritus [Baluz. un. et tu nunc err. spiritu]) loqueris, quomodo non • et tu tradu-

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

• Verba que sequuntur digna sunt quæ observentur pano studiosius. Ostendunt enim quanti se suosque sacerdent Pelagiiani. Ea vero nou reperiuntur apud Augustinum libro tertio prioris Operis, qui respondet libro tertio Juliani ad Turbantium, sed in libro secundo de Nupt. et Concup. cap. 3, dicuntur quæ excerpta ex præfatione totius Operis. Ita vero se habent: Doctores, inquit, nostri temporis, frater beatissime, et nefaræ quæ adhuc servet seditionis auctores, ad hominum, quorum sanctis studiis uruntur, contumelias et exitium decreverunt, per ruinam totius Ecclesie, pervenire, non intelligentes quantum his contulerint honoris, quorum ostenderunt gloriam, nisi cum catholica religione, non potuisse convelli. Num si quis ex liberum in hominibus arbitrium, aut Deum esse nascentium conditorem dixerit, Cœlestianus et Pelagiianus vocatur. Ne igitur vocentur hæretici, sicut Manichæi; et dum falsam reverentur infamiam, verum crimen incurant, instar serarum, quæ circumdantur pinnis, ut cogant in retia. Quibus quoniam deest ratio, in renum exitium vana formidine contenduntur.

• Illud ipsum querebatur Pelagius adversus Hieronymum, qui in præfatione Dialogorum tunc temporis, opinor, scripta, cum Joannes Hierosolymitanus imposuerat utrique parti silentium, vetueratque alterum alteri crimini hæreseos objicere; immo catholicos invidebat erga Pelagium accusaverat. Sic ait: Adversum eos qui me dicunt hoc Opus inflammatum invida facibus scribere, breviter respondebo numquam me hæreticis pepercisse, et omni egiſte studio ut hostes Ecclesie mei quoque hostes fierent. Helvidius scriptis contra sancta Marie virginitatem perpetuum; numquid ut ei responderem duxit invida sum, quem omnino in carne nou vidi? Jovianus, cuius, o Pelagi, ante nunc hæresis suscitatur, Romanam fidem, me absente, turbavit, tam elinxit et sermonis putidi, ut magis misericordia dignus fuerit quam invidea. Illi quoque respondi, ut potius..... garrit unusquisque quod sentit, ego solus sum qui enactorum gloria mordear; et tam miser, ut in quoque invideam qui non merentur incidiā: unde ut omnibus probarem me non odisse homines, sed errores, nec aliquorum infamiam quædere, magisque dolere vicem eorum qui falsi nominis scientia supplantantur. Attici et Critobuli nomina posui, per quos et nostra pars et adversariorum quid sentiret exprimerem.... Si quis autem falsum se insamari clamitat, et gloriatur nostra sentire; tunc veræ fidei probabil assensum, cum aperte et absque dolo aduersa dominaverit, ne audiat illud propheticum: Et in omnibus iis non est conversa ad me prævaricarix seror ejus Iuda ex toto corde suo, sed in mendacio (Ierem. iii, 7). Minorisq; ecclesiæ est sequi mulum, quod bonum putaveris, quam non audere defendere

quod bonum pro certo noveris. Qui minas, injuriam, paup:ratemque ferre non possumus, quomodo flamas Babylonis vincemus? QUOD BELLUM SERVAVIT, PAX FACTA NON AUFERAT. Nola timore perfidiam discere, cum veram fidem mea Christus reliquerit voluntati.

• Ille vox legitur in libro Rutini Palestini de Fida cap. 53: Cum nos, ait, interrogaverint utram Deus procreaverit Filium, necne, et acceperint a nobis responsum, procreari: statim adjiciunt interrogationem hujusmodi, quan̄ Greci dilemmatum vocant, Imitus, an sponte? etc. Porro cum vox ista apud alios auctores non reperiatur, quod sciām, vehementer adducor ut credam a Mercatore librum Rutini Latinitate donatum. Verum hac de re prolixius alias (Dissert. 2, de auctoribus et defensoribus hæresis Pelagiæ).

• Locus ille mendax legitur in codice Bellotvensi: Tamquam dilemmatum Acresum et Phirum locicias, unus et tu nunc spiritus erroris, etc. Correctus est tamen ex codice Vaticanus, tum præcipue ex Hieronymo ad Pamphiliū et Oceanum de hæreticis ita scribente (Epist. 84): Si quando urgeri cœperint, et aut subscrivebant tis fuerit, aut excludendum de Ecclesia, miras strephas videoas; sic verba temperant, sic ordinem vertunt, et ambigua quæque concinnant, ut et nostram et adversariorum confessionem teneant, ut aliter hæreticus, aliter catholicus audiat, quasi non eodem spiritu et Apollo Delphicus atque Loxias oracula fuderit Croso et Pyrrho, diversis temporibus, sed pari illudens stropha. Exempli causa pauca subjiciam: Credimus, inquiunt, resurrectionem futuram corporum. Hoc si benedictur, pura confessio est; sed quia corpora sunt cœlestia et terrestria, ut orthodoxus corpus audiens curam paret, hæreticus spiritum recognoscet, etc.

D Loxias vero idem est quod Apollo, qui cum ambigua, fliloqua et obliqua daret responsa, Loxias dictus est. Nam apud Grecos λόγος obliquum significat: quoniam et alia ab aliis appellationis causa allutur; quia de re consule Macrobius in libro De Dīis. Quid vero Delphicus Croeso expeditionem Persicam meditanti, quid Pyrrho adversus Romanos movente oblique responderit, obviū passim est.

• Hoc nomine Pelagiiani soliti sunt omnes quidem peccati originalis defensores traducere, sed Augustinum maxime. Nec illud convictum solus fecit Julianus; sed Annianus etiam in utraque epistola, qua præfatus est ad homilias Chrysostomi in Latinum sermonem a se versas; scribens enim ad Oronitum, cui homilias in Matthæum nitiebat, post laudatam tanti doctoris eloquentiam, sententiarumque cum Pelagiannis dogmatibus, ut mentiebatur, consensionem: Quoniam nobis, inquit, consolationis exoritur, cum cornimus tam eruditio tamque illi. sri Orientis magistro eam quam in nebis Traducianus oppugnat, astru

quod nascatur ex vitio, vitium est, et inde [Baluz. A semina, sed morum vitia consequentem.] Tamquam juri] medico et redintegratore indiget Christo.

CAPUT VI.

Item in eodem libro capitulo lxiii verba Juliani.

« Ille quippe non dixit, peccatum transisse, sed mortem; mortem utique judicii illatae severitate, prævaricationis ultricem; non corporum semina, sed morum vitia consequentem. »

1. Ad hæc. Bardissime, tuo te pugione feristi: vis enim non peccatum, sed mortem transire per semina, quam tamen ait « judicii illatae severitate, prævaricationis ultricem. » Rescratur igitur tibi de tuo. Quid hoc ad posteros, qui omnes omnino mortui sunt, moriuntur, atque morientur, illa utique morte quæ per omnes homines pertransiit, ultrixque prævaricationis, ut dicas? Nam illud aliud ridendum est, quod B ait, mortem, quam pœnam esse dixisti peccati, solam transisse in genus, absque illo quod hujus tanti mali existit causa. Eu egregius justi judicij Dei defensor, qui possum prosatoris transmittas in posteros, pœna ejus causam non habentes!

2. Delectat autem quod subnectis: « Non corporum

jubcas potius quam doceas nullum esse mortuum, neque mori, nec moriturum, nisi qui Adæ prævaricationis existiterit imitator. Non pudeat tanta vanitas? Itane nullus fuit, vel est futurus, vel est, saltem^b secundum magistri tui Pelagii definitionem, quæ a te tot libris defensa est, qua ambo decernitis, « posse hominem esse sine peccato, et facile Dei mandata servare? » Ut ergo dicebamus, vel secundum vos ipsos, nullus fuit per tota æcula, qui, alienus hujus vestrae imitationis inventus, hanc in se Adæ pœnam non mereretur excipere, quam dicas « prævaricationis ultricem, et quæ non semina, sed morum vitia jussa est persequi. » Et certe hi quos dicitis « posse esse sine peccato, et facile Dei mandata servare, » esse sine vitiis debent. Postremum tota militia infantium absque vitio ullo secundum vos nascuntur, nati sunt, atque nascentur. Cur itaque hac [Baluz. hæc], qua judicij severitate illata est ultrix prævaricationis [Baluz. omni prævaricationis], morte plectuntur, quam nec causa sua secuta est, nec, ut dicas, transiit in quemquam « ipsorum? »

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

Itæ originalis, quemadmodum definit S. Thomas, duabus oportet constare partibus, una materiali, que concupiscentia essentia; altera formalis, que charitatis privatio. Illam vocat Augustinus vitium, morbum, languorem, et malum naturæ; istam peccatum et culpani. Culpa sacramenti virtute tollitur, vitium relinquitur ad agonen: etiæ vel peccando crescit, vel bene agendo minuitur, quanto magis aut peccandi consuetudine creature, aut Deus bene vivendo dulcescit. Quemadmodum ambe partes justitiae originalis ita connexebantur mutuo, ut fuerint omnia in Adamo innocentia, futuraque essent in posteris innocentibus unicum beneficium; ita utriusque partis vacuitas, ut unicum fuit in Adamo peccante dampnum, ita sunt unicum in posteris malum, donec renascantur in Christo, et novi homines stant.

Justus ergo cum procreat filios, quia ex eo gignit quod reliquum est ad agonen, peccatum cum vitio traducit in filium; suis enim principiis similia sunt quæ ex ipsis orta sunt.

Eo pertinent tum similitudines quibus interdum utitur Augustinus, tum voces metaphoricae quibus hanc rem explicat. Ait enim *vitiata esse parentum semina, ægros oriri et ægris, incircumcisos ex circumcisio, ex oleis insitis oleastros, ex justis peccatores*, quæ generando traducitur caro, quæ, expers ireni justitiae originalis animam excepit carentem altera justitiae parte, quæ charitas, donec eam per sacramentum Christi recipiat.

Auctor quidam nullum laboris hac in parte posuit, et vix tamen hilum profecit, propriea quod maluit aliquid dicere, quo doctoribus scholasticis contradiceret, quam consentire sanctis magistris Augustino et Thomæ, de pacto Deum inter et Adamum initio. Quare coactus est ad absurdas quasdam conjecturas venire, de corrupto parentum semine, de ritata per peccatum Adæ tempeste, de occulta mortuosaque qualitate a serpente huius immissa. aliisque similibus fragmentis, quæ per summam injuriam Augustino affinguntur.

Sed quid opus fuerat quæstionem, cum primum nascetur, paulo quidem obscurior em, sed doctruin postea labore Ecclesiæque sensu illustratam, iterum ossus nebulis in pristinas revocare tenbras? Au tanti erat damnatum a tribus summis pon-

tistibus opinionem, Quod consortium divini naturæ sit homini naturæ, pertinaciter tueri, ut fides peccati originalis vix non perverteretur in commentum suppar blasphemias Illyrici? Quid explicatus sententia S. Thomæ, cuius Summam Jansenius, Augustinum contractum, et certa proportione rationibus naturalibus alligatum vocat?

C *Responsio Augustini apud Garciem: « Augustinus: In eo quidem loco, ubi dictum est: Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit; utrum peccatum, an mors, an utrumque per omnes homines pertransisse dictum sit, videtur ambiguum. Sed quid horum sit, res ipsa jam aperte demonstrat: nam si peccatum non pertransisset, non omnis homo cum lege peccati, quæ in membris est, nascetur; si mors non pertransisset, non omnes homines, quantum ad istam conditionem mortalium pertinet, morerentur. Quol autem dicit Apostolus, in quo omnes peccaverunt, in quo intelligitur? nisi Adam, in quo eos dicit et mori, quia non erat justus sine crimen transire supplicium. Quocumque te veritas, nullo modo calcoicæ fidei fundamentali subvertens, presertim quia et tu ipse tibi adversaris, qui nunc dicas, non peccatum transisse, sed mortem, cum superioris diceris, Apostolum ideo non duos homines, sed unum inculcasse, ut docere imitacione transisse, non generatione peccatum. Quid est D quod nunc dicas, non peccatum transisse, sed mortem? » Edit.*

Notandum in primis loens, ex quo constat multis libris a Juliano defensam fuisse Pelagii sententiam de impeccantia hominis, et viribus naturæ ad servandæ Dei præcepta. Quibus autem de libris loquitur Mercator? neque enim hoc argumentum aut in priori, aut in posteriore Juliani Operæ adversus S. Augustinum tractatum est. An Juliano tribuenda est, auctore Mercatore, epistola ad Demetriadem? An liber de Natura, et libri tres de Libero Arbitrio, aliaque ejusmodi Opera, quæ Pelagii sensu, verbis Juliani composita sint? An tribuendus quoque, quod aliunde angusti summis, liber Ratiocinationum, in quibus questio utraque agitur, et secundum Pelagi mentem definitur (Vide dissert. I, in elogio Pelagi)?

c Quemquam lapsus. Ita veteres libri et editio Gerberouii. Sed Garcius reposuit ipsorum. Baluz.

3. Hic tibi de manibus, ut ita dixerim, cecidit A illud condiscipuli tui Cœlestii egregium definitum: « Quidam peccatum Adæ ipsum solum læsit, et non genus humanum. » 4. Hic est Cœlestius unus ex illis quibus in tui operis libro primo de quatuor ad Turbantium haec ait: « Doctores nostri temporis, frater beatissime Turbanti, et nefaræ, quæ adhuc servet, seditionis auctores ad hominum b) quorum sanctis studiis uruntur, contumelias et exitium decreverunt per ruinam totius Ecclesie pervenire, non intelligentes quantum his contulerint honoris, quorum ostenderunt gloriam, nisi cum catholica religione, non posse [Baluz. potuisse] convelli. » Itane oblitus amicitiae es [Baluz. amicitias]? itane consuevisti descendere? an nunc tibi ipsi patrino opus est? et decepti sunt qui te sibi paraverant defensorem?

4. Et hæc a me, tamquam qui te nimis callidum

et disertum non intellexerim, dicta sint, quod et tu sine illa dubitatione jactabis; ubi si hoc tibi perseris, plurimum te [Baluz. omit. te] fallas. Ego enim te intellexi, et quid contra fidem tenacem recti ineptissime sentias novi, et quibus verborum hic modo utaris ambagibus memoria teneo, et paululum nos patere, hæc probabimus.

5. Abuteris videlicet Christianorum simplicitate, qui in hos libros tuos legendos inciderint: tua verba ista sunt nempe, « In omnes vero homines non peccatum transisse, sed mortem, illatam utique severitate judicii, prævaricationis ultricem. » Hic hic interim te aliquantulum teneam; hic tecum moras aliquas utiliter teram; rogo si simpliciter, et non e dilemmatus, tamquam ad Crosum et Pyrrham Loxias B (unus etenim erroris spiritus [Baluz. un. et tu nunc err. spiritu]) loqueris, quomodo non • et tu tradu-

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

a Verba que sequuntur digna sunt quæ observentur pauci studiosius. Ostendunt enim quanti se suosque facerent Pelagiiani. Ea vero non reperiuntur apud Augustinum libro tertio prioris Operis, qui respondet libro tertio Juliani ad Turbantium, sed in libro secundo de Nupt. et Concup. cap. 3, dicunturque excerpta ex prefatione totius Operis. Ita vero se habent: Doctores, inquit, nostri temporis, frater beatissime, et nefaræ quæ adhuc servet seditionis auctores, ad hominum, quorum sanctis studiis uruntur, contumelias et exitium decreverunt, per ruinam totius Ecclesie, pervenire, non intelligentes quantum his contulerint honoris, quorum ostenderunt gloriam, nisi cum catholica religione, non posuisse convelli. Num si quis aut liberum in hominibus arbitrium, aut Deum esse nascentium conditorem dixerit, Cœlestianus et Pelagianus vocatur. Ne igitur vocentur hæretici, sicut Manichæi; et dum falsam verentur infamiam, verum crimen incurvant, instar ferarum, quæ circumdantur pinnis, ut cogantur in relia. Quibus quoniam deest ratio, in rebus exitium vana formidine contenduntur.

b Illud ipsum querebatur Pelagius adversus Hieronymum, qui in prefatione Dialogorum tunc temporis, opinor, scripta, cum Joannes Hierosolymitanus imposuerat utrique parti silentium, velut eratque alterum alteri crimini hæreses objicere; immo catholicus invidia erga Pelagium accuserat. Sic ait: Adversum eos qui me dicunt hoc Opus inflammatum invidia sacibus scribere, breviter respondebo numquam me hæreticis pepercisse, et omni egiſte studio ut hostes Ecclesie mei quoque hostes fuerint. Helvidius scripsit contra sanctam Mariæ virginitatem perpetuum; numquid ut ei responderem ductus invidia sum, quem omnino in carne non vidi? Jovianus, cuius, o Pelagi, ante nunc hæresis suscitatur, Romanam fidem, me absente, turbavit, tam elinguis et sermonis putidi, ut magis misericordia dignus fuerit quam invidia. Illi quoque respondi, ut potius.... garris unusquisque quod sentit, ego solus sum qui enactorum gloria mordear; et tam miser, ut in quoque invidieani qui non merentur invidiam: unde ut omnibus probarem me non odisse homines, sed errores, nec aliquorum infamiam querere, magisque dolere vicem eorum qui falsi nominis scientia supplantantur, Attici et Critobuli nomina posui, per quos et nostra pars et adversariorum quid sentire et exprimerem.... Si quis autem falsum se insamari clamitat, et gloriatur nostra sentire; tunc veræ fidei probabil assensum, cum aperte et absque dolo aduersa dominaverit, ne audiat illud propheticum: Et in omnibus iis non est conversu ad me prævaricari soror ejus Iuda ex toto corde suo, sed in mendacio (Ierem. iii, 7). Minorisq; peccati est sequi malum, quod bonum putaveris, quam non audere defendere

quod bonum pro certo noveris. Qui minas, injuriam, paup: statemque ferre non possumus, quomodo flammæ Babylonis vincemus? QUOD BELLUM SERVAVIT, PAX FACTA NON AUFERAT. Nola timore perfidiam discere, cum veram fidem mea Christus reliquerit voluntati.

c Ille vox legitur in libro Rutini Palestini de Fida cap. 53: Cum nos, ait, interrogaverint utram Deus procreaverit Filium, necne, et acceperint a nobis responsum, procreavit: statim adjiciunt interrogationem hujusmodi, quam Greeci dilemmatum vocant, Imitus, an sponte? etc. Porro cum vox ista apud alios auctores non reperiatur, quod sciām, vehementer adducor ut credam a Mercatore librum Rutini Latinitate donatum. Verum hac de re prolixius alias (Dissert. 2, de auctoribus et defensoribus hæresis Pelagiæ).

d Locus illi mendax legitur in codice Bellovicensi: Tamquam dilemmatum Acresnum et Phirum locicias, unus et tu nunc spiritus erroris, etc. Correctus est tam ex codice Vaticano, tum præcipue ex Hieronymo ad Pamphiliū et Oceanum de hæreticis ita scribente (Epist. 8b): Si quando urgeri cœperint, et aut subscríbendum sis fuerit, aut exēendum de Ecclesia, miras strephas videoas; sic verba temperant, sic ordinem vertunt, et ambigua quæque concinnant, ut et nostram et adversariorum confessionem teneant, ut aliter hæreticus, aliter catholicus audiat, quasi non eodem spiritu et Apollo Delphicus atque Loxias oracula fuderit Croeso et Pyrrho, diversis temporibus, sed pari illudens stropha. Exempli causa pauca subjiciam: Credimus, inquit, resurrectionem futuram corporum. Hoc si bene dicatur, pura confessio est; sed quia corpora sunt cœlestia et terrestria, ut orthodoxus corpus audiens carnem paret, hæreticus spiritum recognoscet, etc.

D Loxias vero idem est quod Apollo, qui cum ambigua, nō xiloqua et obliqua daret responsa, Loxias dictus est. Nam apud Grecos Λόξος obliquum significat: quæcumque et alia ab aliis appellationis causa allertur; qua de re consule Macrobius in libro De Dīs. Quid vero Delphicus Croeso expeditiōnem Persicam meditanti, quid Pyrrho adversus Romanos moventi oblique responderit, obvium passim est.

e Hoc nomine Pelagiiani soliti sunt omnes quidem peccati originalis defensores traducere, sed Augustinum maxime. Nec illud convicium solus fecit Julianus; sed Annianus etiam in ultraque epistola, quæ præfatus est ad homilias Chrysostomi in Latini sermonem a se versas; scribens enim ad Orentium, cui homilias in Matthæum mittebat, post laudatam tanti doctoris eloquentiam, s' intentaruntque cum Pelagiannis dogmatibus, ut mentiebatur, consensum: Quoniam nobis, inquit, consolationis exoritur, cum cornimus tam erudit tamque illi. stri Orientis magistro eam: quam in nebulis Traduciant oppugnat, astru

ciamus es, ut tibi liber, et adhuc licet, nomen impo-
nere catholicis Christianis? Neque enim saltem mors
ipsa, quam tribuis, aliter ut etiam tibi placet, nisi
per transitum seu traducem venit, atque ventura
est, quam et tu vis posuam esse sine merito posse.

6. Ad has igitur tu effugiendas angustias, quas
tibi, loquax magis quam disertus, ipse fecisti, repli-
cas in epigrammatibus, ac dissensis de illa te morte
hic dixisse, qua multatus Adam est post prævaria-
tionem, que non corpora perimit, sed quae per
sceleria, contemptu Dei, sit in anima, et est æterna? quippe ad æternum supplicium trahit, quam etiam
Scriptura sacra significat: *Vidua, inquiens, quæ in
deliciis agens vivit [Baluz. deliciis agit], mortua est* (I Tim. v, 6). Et in Evangelio: *Sine mortuis sepelire
mortuos suis* (Math. viii, 22; Luc. ix, 60). Et hanc **D**
talem dixi, inquietus, transisse, et transire in posteros
Adæ, non omnes omnino, sed illos tantum qui imita-
tores prævaricationis ejus, divinorum fuerint, sicut
et ille, immemores mandatorum. Cæterum illa, in-
quietus, quæ resolutio corporis est, velanimæ a corpore
separatio, fuisse in Adam, etiam non peccasset.

7. Unde illa [Baluz. add. tibi] communipularis, et
condiscipuli tui Coelestii, et utriusque vestrum ma-
gistrorum Pelagii egregia destinita sunt, * quæ cum per-
sonis dudum toto orbe ecclesiastica auctoritate
damuata sunt: * Adam mortalem factum, qui sive
peccaret, sive non peccaret, esset moriturus; et

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

veritatem: quam certe *beatus Joannes*, et in omnibus
libris suis, ita quoque ab omni munitione latere cœpisset,
armat, accedit, ut videatur non tam præsentes infor-
masse discipulos, quam nobis contra veræ fidei oppugna-
tionem auxilia præparasse; quantus enim ille adversus
necessitatem! quantum pro libero surgit arbitrio! quam
nostrorum libris ubique concinens, voluntate jure ser-
vato, divina gratia præsidia commendat! quam con-
tra omnium viatorum tenebras, quam pro cunctarum
speculo virtutum splendissimum. *Vas electionis expo-
nit!* Et paulo post, expounens singularem homiliarium
argumenta: *Sexto, inquit, solvenda omnes illas que-
stiones, quibus Traducianus oblitens beatum Paulum
vitiorum offuscatione commaculat, ut scilicet fidelibus
suis apostolico exemplo peccata conciliet.* Alludit scilicet
ad id (August. lib. i ad Bonif. cap. 8, et lib. iii
cap. 5) quod calunioso Pelagiani obligeare solebant
catholicis, quasi dicent apostolum Paulum, vel
omnes apostolos immoratoria libidine fuisse pollutos.

Nota perpetuam Coelestii Julianique calumniam in
catholicos doctores, quod suis sententiis soverenam cor-
ruptionem morum, et concepcionem frenam remitterent.

* Ostendimus tu causa Pelagii et Coelestii (*In dis-
sert. 5.*) personarum magis quam dogmatum damnationem
debusse subscribi; formam subscribendi a
summo pontifice, legem ab imperatoribus prescri-
psitam; nec ea lege clericos modo, sed laicos etiam
obsticatos, obediuntiam ita religiosæ ab omnibus vere
catholicis prestitant, ut merito ecomerit Prosper
(Carmin. de Ing. cap. 9) hanc heresim conciliis man-
dique manu fuisse damnatam.

* Fuit haec indeoles toties Pelagianæ factionis, ut
de re sua nihil sine fæco et arte perplexitatis dicen-
dum sibi putaverit. Id objecit ante Mercatorem Hieronymus (*In epist. ad Clesiph.*): *Eunomiani, Ma-
cœdomiani, Ariani, nominibus separati, impietate concor-
des, nullum nobis laborem faciunt; loquuntur enim
quod sentiunt; sola haec heresis est quæ publice eru-
hescit loqui quod secreto docere non metuit, etc.* Au-

A quoniam peccatum Adæ ipsum solum habet, et non
genus humanum; et quod infantes in eo statu sint,
in quo Adam fuit ante prævaricationem. *

8. Unde illud quoque natum est ultimum vobis,
quod in malum vestrum non timuistis evomere: * Infantes, etiam si non baptizati morientur, habent
vitam æternam. * Et illud plusquam sacrilegium
[Baluz. sacrilegium]: * Neque per mortem Adæ omne
genus huminum moritur, quia nec per resurrectio-
nem Christi omne genus hominum resurgit. *

9. Hæc sunt nempe magisterii vestri magnifica
scita, hæc eruditio, ut dicitis, Christianæ, sed nos
Christiani non dicimus, dogmata veritatis?

Ad populum phaleras. *Ligo te intus et in cœte novi.*
(Persius, sat. 5.)

Quid tibi prodest, ut idem poeta ait,

Astutam rapido servare in pectore vulpem?

(Idem, sat. 5.)

* Ego te sane effossis tortuosissimis et fetidis soveis
tuis, diligenter investigatione in lucem pertraham
Christianis populis expoundam.

10. Audi nunc et tu, et qui me et te dignanter
habuerint legere, quid contra hunc sensum tuum
implicissimum, pravissimum, impudentissimum, polu-
lantissimum, quid olim ipse pronuntiaveris, * in epi-
stola videlicet tua, quam ad sedem apostolicam illu-
tempore ausus es mittere, * quando conventus de-
trectasi cum universa Ecclesia per totum orbem
Pelagium Coelestiumque damnare, * quem antequam

C gusinus (*Lib. i contra Jul. cap. 5.*): *Quid robis pro-
dest, quod necio quas ansas aique uncos arte necio
cujus perplexitatis innectitis, ne simplicia patent. ei
clara luceant?* etc. Innocentius (*Epist. ad Patres Car-
thag. concil.*): *Perversi instructi, immo destruci ver-
borum argutias, sub imagine catholicæ fidei disputan-
tes, velut pestiferum exhalant virus.*

* Fatetur Julianus (*Lib. i Oper. Imperf. cap. 17*)
duas se ad papam Zosimum epistolæ mississe, sed
negat aliam, quæ est ad clericos Romanos, a se scrip-
ta; neque vero Augustinus admodum repugnat,
quamvis eam antea tamquam a Juliano scriptam re-
futasset in libro primo ad Bonifacium.

* Hinc constat quo tempore data sit hæc episto-
la, quo nimurum conventus Julianus detectavit cum
universa Ecclesia Pelagium Coelestiumque damnare.
Conventus est autem post missam ad omnes orbis
episcopos traciolorum Zosimi, post mensim Maium
ann. 418. Cum igitur Zosimus viderit Juliani episto-
lam, ut tradit Mercator, et Zosimus diem suum obie-
rit 26 Decembri ejusdem anni, ut constans est omni-
nium opinio, eam intermedio tempore missam fateri
necessæ est.

* De epistolis missis in provincias a Pelagianis,
ad simpliciorum animos anticipatis præjudicis occu-
pandos, et imprudentis rerum fallendos, præter ea
qua hic scribit Mercator, luculentia sunt in hanc rem
testimonia Hieronymi atque Augustini. Et ille qui-
dem (*In dialog. 2 advers. Pelag.*): *Epistolæ, inquit,
biblias volitavit trans flumina Ethiopias, etc.* Et alio
in loco (*Præf. in lib. in Jerem.*): *Mittit in universum
orbem epistolas biblinas prius auriseras, nunc maledi-
cas, et patientiam nostram de humilitate Christi ve-
mentem in malæ conscientiae signum interpretatur, ipseque
mutus latrat per Albinum canem. Iste vero (*Lib. de
Gest. Palest.* cap. 5): *Pervenit in manus nostras
nonnulla epistola quæ ipsius Pelagii diceretur scriben-
tas ad apicum suum quendam presbyterum. Ibi inter-
cetera: * Quatuordecim, inquit, episcoporum senen-**

in manus sanctæ illius Romæ Ecclesiæ ventrè A resurrectorum esse, sed tantummodo justos et sanctos, quæ Christi justitiam et sanctitatem fuerint imitati; b cum constet omnes omnino resurrectorum esse per Christum, quamvis alios ad regnum, alios ad iudicium. Et addis: c Iure igitur improbat, qui huic sententiæ contradicet [Baluz. contradicit], quæ ait, Per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum (1 Cor. xv, 21); item: d Quod peccatum Adæ ipsum solum lasset, et non genus humanum: et hoc sententia, inquit, a nobis merito refellitur; non enim soli ipsi, sed generi humano obfusse credendum est.

11. hic qua fraude, ei quo dole, quos omnes dicat et sentias novimus et tenemus, videlicet non omnes omnino homines, hoc est, totum genus humanum, sed hos omnes qui imitatores Adæ esse voluerunt: et per resurrectionem Christi, quod ille Apostolus B dixit, omnes resurrecturos, similiter sine dubio dicat necesse est, non omne prorsus genus humanum

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

tia definitio nostra comprobata est. e Et postea: Hoc existola carnalis ventositatis et elationis volat, ei, gestorum tarditate procurata, celeritate praecedens in manus hominum prævolat, ut quatuordecim episcopis Orientalibus placuisse dicatur. Et postea: Ut sola in epistola legalis infelix et seipsum decipiens, velut rictrix, humana superbia. Quia occasione nota id prius ex tribus Patribus landatis, Pelagianorum fraudulenta pariter ac superba industria, in opusculis suis non spargendis modo, sed etiam extollendis in volum, perinde ac si forent inusitata quædam duracula, fatusque singulares eximiorum ingeniorum, præ tantisque doctrina et pietatis vere Christianæ. Nisi et hoc alterum, damnata suisse nominatum a sede apostolica in tractoria Zosimi quinque dogmata Coelestii: 1º Adæ mortalem factum, qui sive peccaret, sive non peccaret, esset moriturus; 2º peccatum Adæ ipsum solum levissimum, et non genus humanum; 3º infantes in eo statim esse, in quo Adæ ante præparationem; 4º infantes etiam non baptizati moriantur, habere vitam æternam; 5º per mortem Adæ totum humanum genus non mori, quia nec per resurrectiōnem Christi omnē genus hominum resurgit. Nota deinde Julianum, ut tante damnationis invidiam a se et a suis averteret, epistolam dedisse ad summum pontificem, quoniam sparsit etiam in publicum, eaque contendisse, aut vauum esse heresim quæ tanto molimine proscripta es; et aut a suis non assertam, qui de quinque propositionibus longe aliter sentirent, ac qui damnarentur. Quatuor ex his tantum sua in epistola explicuisse Julianum Mercator obseruat, et ita quidem ut videretur ad sensum catholicium accedere; sed simul mōnet, nihil dictum omnino de quarto dogmate, quod tamen præcipuum erat, cum ad baptismi necessitatem pertineret. Nostase contentis silentium, causam non aperit; ut promptu tamen est: non poterat interpretari Julianus dogma illud, quin consergeret ad distinctionem ritus æternæ et regni cœlorum, qua nihil erat invidiosus apud fidèles, cujusque invidiae declinande gratia fatebatur Pelagius (Lib. de Pecc. Orig. cap. 20) se scire quo non eanti infantes sine baptismo, nescire quo eanti. Verum quid a Pelagianis vita æternæ réguique cœlorum nomine intelligeretur, et utrum aliud, alio temporibus, videbimus postea.

e Idem Julianus (In libello sue Fidei): Graviter detestiamur quicumque assent quod neque per Adæ omne genus hominum moriatur, neque per Christum omne genus resurgat.

Animadverte primis Ecclesiæ temporibus ita fuisse in confessu apud omnes fidèles generali in Christo reparacionem humani generis, sicut et go-

A resurrectorum esse, sed tantummodo justos et sanctos, quæ Christi justitiam et sanctitatem fuerint imitati; b cum constet omnes omnino resurrectorum esse per Christum, quamvis alios ad regnum, alios ad iudicium. Et addis: c Iure igitur improbat, qui huic sententiæ contradicet [Baluz. contradicit], quæ ait, Per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum (1 Cor. xv, 21); item: d Quod peccatum Adæ ipsum solum lasset, et non genus humanum: et hoc sententia, inquit, a nobis merito refellitur; non enim soli ipsi, sed generi humano obfusse credendum est.

12. e Et hic quid agis, salvo tibi, ut putas, sensu tuo prævissimo et tortuosissimo, latere nos non potuisse: quia ipsi, ut vis docere, quamvis pauci, in comparatione totius generis, humanum sent gentis. B item: e Quod infantes, inquis, in statu sint in quo fuit Adæ at le præparationem, inter d indisciplinas, ait, reputo quæstiones. Non enim per omnia

neralem in Adamo ruinam, ut ne ipsi quidem hæretici in contrarium loqui ausi fuerint aperie, sed adhibita distinctione quadam inter omnes omnino, sive ἄπλωτοι, et omnes in aliquo genere, sive κατά τι. b Constat, inquam, apud catholicos. Nam Theodorus Mopsuestenus videatur in contrarium sensisse (Cap. 4 Fragm. ex lib. v advers. Augustinum): quis, inquit, ita demens, ut tantum bonum (resurrectionis) credit materiali fieri resurgentibus infiniti suppliciis, quibus utilius erat omnino non surgeré quam tantorum et talium malorum post resurrectionem sub infinitis penitus experientiam sustinere.

c Animadverit S. Leo (Epist. 8) porpérūam hanc Pelagianorum fraudem, monuitque Nicétam Aquileensem ut ab ea sibi caveret in recipiendis hominibus qui ab hac hæresi ad Ecclesiam catholicam redire se velle dicerent: Dammnit, inquit, aperitis professionibus sui superbi erroris auctores, et quidquid in doctrina eorum universalis Ecclesia exhortavit detestentur: omniaque decreta synodalium quæ ad exercitium hujus hæreseos apostolicæ sedis confirmarunt auctoritas amplecti se et in omnibus approbare, plenis et aperiis ac propria manu subscriptis protestationibus eloquentur. Nihil in verbis eorum obscurum, nihil inventatur ambiguum, quoniam novimus hanc istorum esse versatim, ut in quacumque particula dogmatis exacerbandi, qua se a damnatorum societate discreverint, nihil sensuum suorum existimare esse non salutem: cuncte omnes definitiones suas ad subrependi facilitatem improbare se simulent, atque deponere. hoc tibi tota arte fallendi, nisi intelligentur, accipiunt, etc. Hanc admonitionem tanti momenti ducebat saeculus pontifex, ut comminaretur tante sedis episcopo, ni caveret, severius se animadversurum: Non, inquit, dubitet dilectio tua, an si, quod non arbitriamur, neglecta fuerint quæ pro custodia canonicum et pro fidei integritate decernimus, vehementius commovendos; quia inferiorum ordinum culpas ad nullos magis referendas sunt, quam ad desides negligentesque rectores, qui multum sœpe nutriri pestilentiam, dum austeriore dissimulant adhibere medicinam.

d Desumpta est ista formula ex epistola II ad Timoth. ii, 23, ubi monens Apostolus discipulum: Stultas, inquit, et sine disciplina auctoritatem derivit, sciens quia generant litigia, etc. Mirum vero quantum Juliano placuerit vox indisciplinatum quæstionum, ut frequenter usurparit sit (In libell. Fidei parte II, num. 22): Si quæ sint tulia, inquit, quæ vel contra fidem catholicam veniant, vel ad indisciplinatum peritaneum quæstiones, simili execratione damnamus.

Nullus porro eruditorum nescit quid discriminis a veteribus inter dogma et questionem positum sit,

in eo statu sumus, qui nascuntur hodie, in quo Adamus ^A definita: audi iterum, quid verbis tuis in tuo libro, fuit ante peccatum, quamvis et illas [Baluz. istos] de quo agimus, teneatur.

CAPUT VII.

Item ex eodem libro capitulo lxvi serba Juliani.

13. ^a Quem et hic statum dicas et sentias, salvo, ut arbitris, tibi sensu tuo, optimè novimus, ^b non animæ videlicet ante peccatum, sed exiguitatis et parvitas, in qua nascuntur infantes. Memento sane, nihil te hic modo dixisse de parvulis non baptizatis, si fuerint in morte preventi, habere eos vitam aeternam, quod falsissimum est: quia hoc non vult Christus, nec voluit, sicut tua recordissima temeritas iubet et docet. Item subiectis: « Adamus etiam mortalem factum, qui sive peccaret, sive non peccaret, fuisset moriturus [Baluz. suisce moriturum]; » nec hoc esse dixisti ratione subinxum. ^c Credendum est enim, inquis, « immortalem quidem factum, sed qui si non peccasset per gustum ligni vitae, virtutem posset immortalitatis adipisci; » male igitur dictum est, « sive peccaret, sive non peccaret, suisce moriturus. »

14. Calumniatum me tibi, ne vel quisquam, vel tu ipse dicas, contra haec te postmodum non sensisse

CASTIGATIONES ET NOTE.

alterumque alteri sic opponi, ut per fidem catholicam liceat in utramque partem de questione disputare, de dogmate non licet.

Observavi a Pelagianis olim id praestitum quod ab omnibus solet hereticis: ne viderentur Ecclesie pugnare, mentiti jactarunt rem sibi non esse de dogmate, sed de questione tantum. Id avus primus Cœlestius in judicio Carthaginensi, ut refect Augustinus his verbis (*Lib. de Pecc. Orig. cap. 4.*, etc.): *Nunc iltud oportet excutere, quo volentes heresos usitate invidiam declinare, assurerunt istam praeter fidem periculum esse questionem; ut videlicet si in ea fuerint exorbitare convicti, non criminaliter, sed quasi civiliter errasse videantur. Sic enim Cœlestius apud Carthaginem gestis ecclesiasticis est locutus: i* Jam de traduce peccati dixi quia intra catholicam Ecclesiam constitutos plures audiri destruere, necnon et alios astruere, licet questionis res sit ista, non heres. » Et vero in libello Romae dato: « Si que præter fidem questiones natura sint, de quibus esset inter plerosque contentio, non ego quasi auctor alicuius dogmatis definita hoc auctoritate sturni; sed ea que de prophetarum et apostolorum fonte suscepit, vestri apostolatus offerimus probanda iudicio. » Id vulgo jacit: « Pelagianos omnes testis est auctor predestinat: De questione, aiunt, non de communione discernimur (*Lib. 1. her. 88.*). »

« Aperit Mercator impudentissimam Juliani cavarationem, qui in re tam seria, etijsmodi est, reddere rationem fidei sue summo Pontifici, et scriptio quidem publico, totaque Ecclesia expectante, tuis tamen inepta vocum ambiguitate, balens scientiam in ore catholicum dogma, et ridiculum quiddam in corde. An num de ipso quispiam diverit, quod de Pelagio Augustinus? His nebulis iudicium se putat illusisse, rosque ad hoc nefas toto capie annuit, et tot ab illo episcopos irrisos esse ridetis (*Lib. 1. advers. Jul. cap. 5.*)»

^b Non Adam videlicet. Ita nos resistimus auctoritatē veterum exemplariorum secuti. Nam in editione Gardnerii scriptum est non anima: quam lectio nem esse falsam ostendunt verba Mercatoris. BALUZ.

^c Idem legitur in Vaticano atque in Bellovacensi codice, immo et iterum apud Mercatorum (*Lib. Subnot. cap. 8.*), ubi plura Juliani verba referuntur. Videretur tamen exigere series orationis ut mortalis pro immortalis reponeretur hunc in modum: *Credendum est enim mortalitatem qui-tem factum, sed quoniam*

hominem percatum, et per peccatum mors, quoniam illum, et reum, et damnationi perpetuae mortis obnoxium mundus aspergit. ^d Certe aliud mox [Baluz. om. aliud mox] dicebas, et negabas in hunc mundum per illum unum hominem intrasse peccatum, cum nunc confitearis intrasse. ^e In omnes autem homines mors pertransiit, quia una forma iudicij prævaricatores quoque reliquæ comprehendit ætatis. Quæ tamen [Baluz. add. ait] mors, nec in sanctos, nec in ianocentes ullos, sævire permititur; sed in eos tantum pervadit, quos prævaricationem viderit simulatos: quæ prævaricatio, licet non sit facia naturalis, sunt tamen forma peccati; atque ob hoc, licet non aggravet nascentes, tamen accusat imitantes. Mors autem judicialis transit in eo in quo peccaverunt omnes, sed libera voluntate. »

si non peccasset per gustum ligni vite, virtutem posset immortalitatis adipisci. Correctionem ejusmodi postulat Pelagianorum dogma: Adamum mortalem factum, qui sive peccaret, sive non peccaret, esset moriturus.

Verum retinendam puto utriusque codicis lectio nem. Primum, quia patitur sensum non incommodum, immortalem nempe factum Adamum, sed eatenus tantum, quatenus, si non peccasset per gustum ligni vite, virtutem posset immortalitatis adipisci. Deinde, quia ex Augustino discimus non nullios Pelagianos vi argumentorum a catholicis in eas angustias coactos suisce, ut non tantum fassi sint Adamum immortalem a Deo factum, dicente Scriptura, Deus fecit hominem in ex erminabilem (*Sap. n. 25*); sed etiam quia obstinate vellent permanere in sua de pari infantium atque Adami exortu opinione, admirabilius quiddam assererent, omnes nimirum Adami posteros immortales nasci, nequa mori, nisi peccatorum meritis, quemadmodum et Adamus.

Locus Augustini aliunde obscurus, et a paucis intellectus, ex utroque Mercatoris testimonio lucem accipiet. Hic vero ita se habet (*Serm. 7 de Verb. Apostoli cap. 6*): *Aliqui ipsorum ita disputant, sicut audivimus: « Pro rorsus pro meritis suis omnes moriuntur; non enim esset mors, nisi veniens de peccato. » Optime quidem, et vere dictum est: non esset mors, nisi reniera de peccato; sed ego cum hec audio, ideo laudo, quia illam primam mortem intulor, et illius primi hominis peccatum. Audio enim Apostolum: Sicut in Adamo omnes moriuntur, sic et in Christo omnes viviscabuntur (*I Cor. xv. 21*). Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt (*Serm. v. 12*). Omnis enim unus fuerunt; sic te audio dicentem mortem hominis de peccato esse. Non, inquis; et quid dicas: omnem hominem Deus immortalem crebat modo? mirabilis novitas! Quid dicas? Pro rorsus, inquis, omnem hominem Deus immortalem crebat; quare ergo moriuntur parvuli infantes? . . . Responde mihi, quare moriuntur, . . . omnes homines immortales nascuntur, et quoniam peccant, ideo moriuntur? Quid putatis dici potuisse? Quæ aures ferant? Peccaverunt et ipsi . . . nam si non peccarent, inquis, non moriuntur, etc.*

^d *Destinatum pro obnoxium ponit Baluzius ex fide veterum librorum. Edit.*

^e *Responsio Augustini apud Garnerium: « Au-*

4. Ad hæc. Si judicialis est ista mors [Baluz. om. A verborum crepitaculis magis quam ullis declamationibus studium inane dependit.] qua multatus Adam est, et ipsa est quæ transit et transit in posteros, non, ut ait, omnes omnino, sed ad solos imitatores; quæ vel qualis erit illa alia quæ animam a corpore separat? Hic arctatus: « Naturalis, inquies, quia Adani sive peccaret, sive non peccaret, mortuus fuisset. » En stemma Christianum! « en ecclesiastica antiqua traditio! Sed vides nempe, quomodo te ipsum, in dictis tuis contrarius [Baluz. contrariis] tibi, tamquam vipera lanies, cum

2 Velle autem te pressius interrogare, de morte cujusquemodi quid sentias, qui eorum uain quamlibet saltem transire permittis. Volum ergo dicas mihi quid sit mors, quæ tuo judicio transit. Substantia est vel natura, an res aliqua accidens?

b Meminimus enim tempore quo præsens in urbe Roma, cum c principibus hujus amentissimi erroris tui, in nonnullis simplicioribus Ecclesiam ventila-

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

guilinus: *Hoc loqueris, quod objectum haec siarchæ vestro Pelagio in episcopali judicio Palæstinæ. quod ita factus fuerit Adam, ut sive peccaret, sive non peccare, moriturus esset. Hanc enim mortem, qua omnes morimur, de qua dictum est: A muliere initium sacram est peccati, et propter illam morimur (Eccli. xxv, 33), non vis ex peccato in omnes fecisse originale transiit, ne cogaris fateri simul etiam originaliter transisse peccatum: sentis quippe quam iniquum sit sine merito transisse supplicium. Verumtamen tam catholicum est, quod expugnare conaris, ut hoc ille, cui, sicut dixi, objectum est, nisi damnasset, profecto ex illo judicio dannatus existet. Mors ergo ei ista qua spiritus a corpore separatur; et illa quæ dicitur secunda, qua spiritus cum corpore cruciabitur, quantum attinet ad meritum generis humani, in omnes homines pertransiit: sed gratia Dei, per eum qui venit ut moriendo regnum mortis auferret ea resurrexere cuius in illo processus exemplum, mortem regnare non sinit. Hoc tenet catholica fides, hoc tenent judices quos Pelagius formidavit, hoc non tenent haereticæ quos Pelagius seminavit... Et si tu oblitus es grave jugum quod aggravat nascentes, nos te tamen non desistimus componere.... Frustra recta verba torquero, et clara obscurare cœnaris: in eo peccaverunt omnes in quo moriuntur omnes: ipse est Adam, in quo si parruli non moriuntur, profecto nec in Christo virificabuntur; sed quoniam sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes virificabuntur (1 Cor. xv, 22), ideo qui volunt hæc verba pervertere, ipsi, eis manentibus, eventur. » EDIT.*

a Idipsum prolixius a Mercatore postea repetetur (Cap. 2, num. 6). Dixit vero per ironiam ea quæ explicamus, ut castigaret insolentem Pelagianorum pæcantiam, qui cum toti essent in novo dogmate persuadendo, se nibil tamen doctrinæ tradere mentirentur, nisi quod a majoribus accepissent; immo catholice fidei defensoribus, per intolerabilem calumniam, novitatem obijcere non erubescerent.

Ita Pelagius (*Lib. de Nat. et Grat. cap. 61 et seqq.*) suam de impeccantia opinionem acceptam referebat Lactantio, Hilario, Ambrosio, Chrysostomo, Sixto pseudomartyri, Hieronymio, et ipsinet Augustino. Ita Coelestius (*In libello Fidei quem sedi apostolicæ obtulit*) et quæ de prophetarum et apostolorum fonte suscepisset, Zosimi apostolatus probanda judicio offere se jactabat. Ita Julianus (*Lib. 1 Oper. Imperf. cap. 59*) novitatem exprobabat Augustino: *Non est hec fides* (qua creditur peccatum originale), *antiquitas tradita atque fundata, nisi in concilio malignum, inspirata a diabolo, prolata a Manichæo, celebrata a Marcione, Fausto, Adimanto, omnibusque eorum satellitibus, et nunc a te in Italia, quod gravior gemina, eructata.*

b Occasione hujus loci non erit importunum aliquid disserere de auctore libri Definitionum seu Ratiocinationum, quibus respondet Augustinus in libro de Perfectione justitiae. Dubiavit aliquando sanctus doctor an ratiocinationes illæ Coelestii forent, an alterius ex eadem factione: latebat quidem tunc dici esse Coelestii, nec putabat abhorre ab illius inge-

nio quod ex alio Opere satis perspexerat; visus est tamen eo inclinare, ut alieni potius sectatorum quam ipsimet Coelestio tribuerentur.

In hanc ego posteriorem sententiam non admodum invitus abeo; sed addo præterea conjicere me a Juliano scriptas. Nam et ipse sectator Coelestii fuit, quem volebat auctorem Augustinus; et Sieulorum amicus, quos inter vulgatus erat liber; et ab Augustino vel cognitus non fuit, vel potius nominari non debuit, quia needum se palam prodiderat; et ratiocinationem quæ de agitur, non absimilem aliis quæ libro continentur, instituit; et a Mercatore non raro, frequenter ab Augustino accusatus est, quod in tractandis questionibus dialectica methodo uti amaret. Usus est autem, eaque plane exacta, auctor libri Definitionum: nam primo proponit quæ de re questione vertatur, *an homo possit esse sine peccato*; deinde sexdecim ratiocinationibus partem affirmantem concitat; postea testimonii Scripturae confirmat questione consecrat; denique catholicorum objectionibus respondet, et quasi pro coronide nonnullas questiones proponendas suis, ut sit, adversariis expedit.

Conjecturam augent duo: alterum, quod totis his sexdecim ratiocinationibus, immo et subiunctis Scripturae testimoniosis, id unum efficitur, *hominem posse esse sine peccato*. At hanc ipsam Pelagi definitionem libris editis a Juliano defensam fuisse tradidit Mercator (*Cap. 6 illius Oper. num. 2*): Secundum magistrum tui Pelagi definitionem, quæ a te tot libris defensæ est, *qua ambo decernitis posse hominem esse sine peccato*, et facile Dei mandata servare.

Alterum, quod nulla fere sit inter sexdecim illas ratiocinationes quam non a Juliano factam referat Augustinus, nullum testimonium Scripturæ quo Julianus non fuerit alius in locis abusus. Quid quod ratiocinatio, de qua nunc Mercator agit, est quarta in libro Definitionum, hoc tantum discrimine, quod hic fusius, contractius ibi proponitur. Sic enim se habet (*Lib. de Pers. Justit. ratiocinat. 4*): *Querendum est quid est peccatum, actus, an res. Si res est, necesse est ut auctorem habeat, et si auctorem habere dicitur, jam alter præter Deum rei alicuius auctor induci videbitur: at si hoc dici impium est, consiliri necesse est peccatum omnino actum esse, non rem; si igitur actus est, immo quia vere actus est, vitari potest. Alioquin quoque est decisione quartæ: Querendum est, si natura hominis bona est, quod nullus negare nisi Marcion aut Manichæus audebit, quoniam igitur bona est, si malum ei cavere non est possibile? omne enim peccatum malum esse quis dubitat?*

Animadverte hoc in loco Marcionem cum Manichæo jungi, quod solet a Juliano, ut constat tum ex superiora nota, tum ex alio loco, ubi Augustinum haereticus ita compellat (*Lib. iii Oper. Imperf. cap. 55*): *Quis tu es, qui Marcionis cœtu concitatus in exercituum aequitatis irrumpas? qui sub censuram lingue tua, mysteriis adhuc Manichæorum lubricas, Dei tum judicia quam præcep' a compellas? etc. Et hæc conjecturæ confirmatio est non contemnenda.*

c Gerberonius participibus. GALLAND.

bas, qualiter interrogabas : « Quid est peccatum, inquietus, malumne aliquid, an bonum ? » Malum utique respondebatur tibi. Ad haec addebas : « Deum nejus mali auctor et opifex ? » Absit, absit, exclamabatur [Baluz. exclamatur] tibi, longe, quam longe sit ista dementia. Hoc nec impiissimus profiteri ausus est Manichaeus, qui mali auctorem Deum nec sentit, nec proficitur; sed id proprium habere a sempiterno principium, propriam essentiam, praeclaramque naturam, ac pietissime flagitat : ubi mox tu quoque quarendum esse dicebas, « utrum peccatum substantia esset, an natura, an res aliqua accidens. » Ubi cum paululum haereret Christiana simplicitas, taliter inferebas, « peccatum nullus modo posse esse substantiam vel naturam, quia sic haberet [Baluz. habet], siebas, Deum opificem et auctorem; nulla enim est natura quam non condidit Deus. Sed quia supra constituit auctorem Deum ipsi non esse, non est ergo substantia vel natura peccatum, quod malum esse apertissime claruit; et quod substantia non est, inquire, in substantiam seu naturam, quod homo est, transire nullo jure, nulla ratione credendum est; » atque concludebas : « male igitur et stulte traducianum ex Adam creditur esse peccatum. »

3. Ut ergo supra dicebam, patere me, ut ego quoque hac via te et sidem argumentorum interrogem lineis, ut nos doceas respondendo. Moris, saltem haec que secundum animam est, et est aeterna, quamque Adam transgressor exceptit, et transmisit in posteris, quam tu solam ad quantoscumque, non omnes C ommodo homines generaliter, sicut Apostolus ait, sed ad paucos admodum imitatores transire desinis (nam

CASTIGATIONES

4. Gallandius, post Baluzium ponit si pro sic, moxque Gerberonum habere, quia si habet naturam. Edit.

5. Pro Deum corrigendum eum jubet in erratis Baluzis, cuius exauditionem suscepit Gallandius. Edit.

6. Julianus reponit Auctor non immerito, quod ipse prius per summam injuriam catholicis imposuerat (Lib. 1 contra Jul. cap. 7), his verbis: Cum igitur liquidum claret, hanc sanam et veram esse sentientiam, quam primo loco ratio, deinde Scripturarum munerauctoritas, et quam sanctorum virorum semper celebravit eruditio, qui tamen verisati auctoritatem non quo tribuere consenserunt, sed testimonium et gloria de ejus suscepere cogortio, nullum prudentum conturbet conspiratio perditorum.

Indignum illud dictum, quam negre tulerit S. Augustinus continuo testius, ait: In quorum conventione te introduxerim conspice. Hic est Mediolaneus Ambrosius, quem magister tuus Pelagius tanta predicatione laudavit, ut diceret in libris ejus praecipue secundum lucem Romanam, qui scriptorum, inter Latinos flos quidam speciosus eniuit; ita ut ejus fidem et purissimum in Scripturis sensum reprehendere nec iniuriosus audiret. Hic est et Constantinopolitanus Joannes, quem tu in numero eruditiorum ac sanctorum excellenterissimum in hac ipsa tua, cui respondeo, disputatione posuisti. Hic est Basilius, cuius te verbis, ad id quod nunc agitur non pertinentibus, putasti aliquid adjuvari. Hic sunt et ceteri, quorum te movere debet tota consensio. Non est ista, sicut stylo maledicis scribis, conspiratio perditorum. In Ecclesia catholica doctrina sane studii claruerunt, spiritualibus armis mu-

A de illa altera que a corpore animam separat (hinc nulla sit mentio), substantia est aliqua, vel natura, an res quedam substantiae accidentes? Tu si adhuc aliquid in te luminis habes, respondebis, et dices, eas naturae substantiae accidisse, nec posse dici substantiam, quae penalis datus est primo transgressor, et deinceps generi humano; nemoque prudentum, ipquies, penam dixerit esse substantiam vel naturam: ubi tu mox tuis cassibus concludendus es. Nullo pacto mortem illam judicalem, quae quia penalis est; [Baluz. add. quæ] substantia nulla est, quam tu in posteris saltem imitatores Adæ transmittis, numquam de substantia in substantiam, vel de natura in naturam, quicq[ue] [Baluz. vel natura, quod] homo est, posse transire declaratum est.

B 4. Videane, « egregio perditorum magister, et dialectice disputator, videsne quo occideris? sentias nunc saltem quantum a veritate trahite deviaveris? Sed tibi interim si vetus [Baluz. quis] pudor est, nunquam ista sufficiant: si autem Deus vite commissum dederit, et ad retractandos hoc optimos libros tuos, et ad [Baluz. om. adj.] illam sapientissimam epistolam tuam relegandam tempus indulserit, quando Deus voluerit, tibi iterum respondemus. Profaram [Baluz. proferamus] interim et alia tua, quæ cum magna execratione vitemus.

CAPUT VIII.

Item ex libro tertio de quatuor ad Turbanum editis • prope principia capituli tertii, verba Juliani.

1. « Gratiam baptismatis dicimus non pro causis esse mutandam, quod ipsa dona sua pro accedentium capacitate dispensat; ideoque Christus, & qui

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

nihil et accincti, strenua contra haereticos bella gesserunt, perfuncti fideliori sue dispensationis labore, in pacis gremio dormierunt. Et postea: An tantam consensionem sacerdotum catholicorum conspirationem dicitur esse perditorum? O verba Ecclesie magistro digna! o documentum omnibus sacculis utilie!

2. Vel auctor secundum quem promisit laborem non suscepit; vel Opus elaboratum non pervenit ad nos. Libros vero quos per ironiam optimos dicit, intelligit octo postremos contra secundum Augustini de Npt. et Concup., quemadmodum etiam vocat sapientissimam epistolam, quæ licet ad summum pontificem scripta foret, non prius tamen ad eum pervenit quam per totam Italiam fidis hominibus et animalibus captatibus transmissa fuisset.

3. Quæ Marius refert, ea totidem verbis Augustinus adducit libro iii prioris Operis cap. 3. Alterutrum igitur fateri oportet, aut Marium, quæ retulit, non ex Juliani, sed ex Augustini libris decerpisse; aut Augustinum ita respondisse toti Juliani Operi, ut liberum libro, capitulum capitulo refellere. Quid longe credibiliissimum mihi videtur, parvum quia Marius ea quæ sunt apud Augustinum parumper inclusa, non alio modo refert quam quo solent ab auctore illigari sermonie prolixiore; partim quod Augustinus id non obscurè insinuat, cum ait (Lib. i Op. imperf. cap. 2) Contra tuos illos quatuor libros sex libri a me scripti sunt. Post commemorationem quippe catholicorum doctorum, quam duobus volumibus explicavi, sequentes quatuor singulos tuis singulis reddidi.

4. Baluzius habet Quia gratiam. Edit.

5. Cum catholicis graviter accusarent Pelagianos.

est operis sui redemptor, auget eis et imaginem quam A continua largitatem beneficia, et quos fecerat condonare bonos, facilitando adoptando, quae meliores.

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

quod Christum negarent parvolorum redemptorem; etiamque ea accusatio fidellum animos, ut par erat, vellemus commoveret, fraudulentes homines, ut haec invidiam a se amolirentur, non abhorreant ab usurpanda voce redemptoris; immo fassi sunt baptizari infantes in remissionem peccatorum. Negarunt factum, ne causam suam viderentur deseruisse, ex ea confessione consequi ut infantes qui baptizarentur dicerentur peccato originali infecti.

Pelagius cum dixisset (*Lib. de Pecc. Orig. cap. 18*) inquit quā se vel impium aliquem hæreticum audiresse qui hoc quod proposuit de parvulis diceret, subiectus: Quis enim ita evangelicas lectiones ignorans est, qui hoc non modo affirmare conetur, sed qui vel leviter dicere aut etiam sentire possit? Quis ita impius, qui parvulos exortes regni cælorum esse vult, dum eos baptizari et in Christo renasci putat? Deinde post interpositionem ex Evangelio testimonium, quod natus renatus ex aqua et Spiritu sancto regnum cælorum nullus possit intrare: Quis ille, inquit (*Ibid. c. 19 et 20*), tam impius est, qui cujuslibet etatis parvulus interdicit communem humani generis redemptionem, et in perpetuum certaque vitam renasci vetet cum, qui natu sit ad incertum?

Cœlestius (*In libell. Romæ oblato*): Infantes debent baptizari in remissionem peccatorum, secundum regulam universalis Ecclesiae, et secundum Evangelii sententiam confitemur, quia Dominus statu regnum cælorum non nisi baptizatis posse conferri; quod, quia tares naturæ non habent, conferri necesse est per gratias largitatem. In remissionem autem peccatorum baptizandos infantes, non idcirco dicimus, ut peccatum ex traduce firmare videamus, quod longe a catholicico sensu alienum est; quia peccatum non sum homine nascitur, quod postmodum exercetur ab homine, quia non naturæ delictum est, sed voluntatis esse demonstratur. Et illud ergo confiteri congruum est, ne diversa baptismatis genera facere videamus: et hoc præmovere necessarium, ne, per mysterii occasionem, ad Creatoris injuriæ, malum, antequam fiat ab homine, tradi dicatur homini per naturam.

Julianus (*Lib. 1 Op. Imperf. cap. 51*): Non me sugit quod cum hec dicimus, illud de nobis disseminandum esse, quia gratiam Christi Domini necessariam parvulus non putemus, quod Christianos populos laudabiles et vellemus offendit, si tamen dicti per se nefarii non nos arbitrarentur auctores. Eo enim modo nec de fratribus suis falsa credendo crimen incurrent, et studiosos se circa amorem fidei comprobarent: invadenda igitur nobis ista pars est contra impetum vanagloriæ, et confessione brevi subloquentium errori consulendum. Nos igitur in tantum gratiam baptismatis omnibus utiliæ etatibus confitemur, ut cunctos qui illum non necessariant, etiam parvulus, putant, etorno serianus anathemate: sed hanc gratiam locupletem spiritualibus donis credimus, quæ multis opima munieribus, ac reverenda virtutibus, pro insinuatione generibus, et humanorum statuum diversitatibus, unica tam remediorum collarice, quam munerum virtute medicatur; quæ cum admoveatur, non est mutanda pro causis. Jam enim ipsa dona sua pro accidens capacitate dispensatae; sicut enim artes omnes pro diversitate materialium quas accipiunt excolendas, ipsæ quoque aut detrimentum aut augmentum patiuntur, sed idem semper aliquid quo modo se habentes multiplici decorantur effectu; ita et secundum Apostolum, una fides, unum baptismum et multiplicantur, et dilatantur in donis, nec tantum in ingeneriorum mutantur ordinibus. Sed hec gratia non aduersatur justitiae, quæ maculas eluit iniquitatis: nec facit peccata, sed purgat, quæ absolvit reos, non calamitatem innocuos. Christus enim, qui est operis sui

4. Vollem prius doceres et probares, parvulus, quos opus Dei fateris, et negas reos, unde illa captivitas affuerit, ut opus habeant redemptore? nemo

redemptor, auget circa imaginem suam continua largitatem beneficia; et quos fecerat condendo bonos, facit innovando adoptandoque meliores. Hanc igitur gratiam, per quam reis ventia mortalibus datur, qui aliquibus negaudam putat, omniuin bonorum execrationem meratur.

Quotmodo vero declinarent Pelagiani catholicorum argumenta docet Augustinus tum alibi passim, tum his verbis (*Epist. 194, sub fin.*): Quod ergo ex cogitaverunt, cum haec eos apertissima moles veritatis urget, quis non Christianus irrideat, quamlibet versu simum cernit? Dicant enim veraciter quidem responderetur parvulus per ora gestantum, in revisionem se crederé peccatorum; non tamen quia sibi remittantur, sed quia credant quod in Ecclesia vel in baptismo remittantur, in quibus inveniuntur, non in quibus nulla sunt. Ac per hoc volunt eos ita baptizari in remissionem peccatorum, tamquam in eis sit ipsa remissio, quis contendunt nullum libare peccatum; sed autonim, licet sine peccato, in eo tamen baptismate baptizantur, quo s. in quibusque peccatoribus remissio peccatorum.

Verum instat Augustinus: Fieri quidem potest ut haec versipellis astutia subtilius et acutius ex eo resolutatur; verumtamen secundum istam suam cullitatem non inveniunt quid ad hoc respondeant quod exorcizantur et exsufflantur infantes: hoc enim procul dubio fallaciter sit, si diabolus eis non dominatur; si autem dominatur, et ideo non fallaciter exorcizantur et exsufflantur. Per quid dominatur, nisi per peccatum, princeps peccatorum? Proinde si jam erubescunt nec audient dicere haec in Ecclesia mendaciter geri, fateantur quod perierat etiam in parvulis queri; neque enim nisi propter peccatum perierat; quod nisi per gratiam non potest queri, non potest inveniri, etc.

* Responsio Augustini apud Garnerium: * Augustinus: Hocce est totum cur vobis de baptismate parvorum faciendam non existimat invidiam, quasi quisquam nostrum vos dixerit negare parvulos baptizari oportere? Non eos dicitis non debere baptizari, sed pro magnitudine sapientie vestre rei mirabiles dicitis: In sacramento Salvatoris baptizantur, sed non salvantur; redimuntur, sed non liberantur; lavantur, sed non abluantur; exorcizantur et exsufflantur, sed a potestate diaboli non eruuntur. Haec sunt sententiarum portentosa vestrarum, haec inopinata mysteria dogmatum novorum, haec paradoxa Pelagianorum hæreticorum, mirabilia quæ Stoïcorum philosophorum. Ut enim haec dicatis, timeatis audire. Si salvantur, quid in eis agrotabat? si liberantur, quid in eis servitius vinculo tenebatur? si abluantur, quid in eis latebat immundum? si eruuntur, quæ merito erant sub diaboli potestate, quæ propria iniuriae non erant rei, nisi quin trahunt, quod negatis, originali peccatum? Et ad hoc negatis, non ut eos salvos, liberos, mundos, nulli hosti subditos asseratis; non enim aliquid eis opinatur vestrum testimonium salutis ante judicem verum; sed ut, illis in mala retulisse remanentibus, vos novam sectemini vanitatem. Non enim vestra, sed illius est vera sententia, qui dixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non potest intrare in regnum Dei (*Joan. iii. 6*). Verum, vos excellentissimi amatores illius vestrum quæ futura est æternæ cum Christo, nullam penam putatis esse imaginem Dei in æternum exsulare a regno Dei; cum, si paream penam esse diceretis, non esset haec vos beati amatoris illius regni, sed miseri contemptoris. Porro autem, si, quod huic sufficit causa, parvum saltem penam futemi esse, quæ magna est, ut imago Dei non sinatur intrare in regnum Dei; obsecro, aperite qualescumque oculos, et videte quæ justitia penæ ista infligenda sit parvulo, quem clausis oculis originali obnoxium nega-

enim pretium redēptionis importune pro libere offert. Ex qua etiam renovandi, seu, ut tu vis, innovandi sunt vetustate hi, quos esse dicitis imaginem Dei, si progenitoris Adæ non sunt, ut putas, veterē peccati fœditate turpali?

2. Sed te de baptismō parvolorum ad hoc magis arcabo, ut te convincam definitiōnibus tuis illud magis sentire, quod eo opus non habeant, sed verbo te tantum, propter eludendos simplices, baptizari eportere censere, re [Baluz. rebus] vero per disputationum sententias denegare. Qui enim secundum te statum habent nativitatis immaculatum, unde mundandi sunt, cum lavantur? et cum nullo, ut vis, originis suæ reatu nascantur obnoxii, unde liberandi sunt, ut vero et proprie Christus sit eis etiam Jesus, quod in Latinum eloquim Salvator exprimitur? et qui nullum generationis suæ vitium trahunt, unde regenerandi?

3. Postremo, innumerabilibus interim omissis, illud adversum te dicendum est, si hunc statum, ut dicitis, innocentiae et puritatis, quem Adam habuit ante peccatum, parvuli in suo ortu sortiti sunt, quos nulla, ut tu decernis, ejusdem progenitoris aspersit macula, contagio nulla fœdavit; si crescentes [Baluz. ut credens] cum libero voluntatis arbitrio, quod est in natura usque ad ultimum vita exitum, nunquam ab ingenitis vel congenitis sibi bonis sunt despici, quid eis fuit Christi baptismū necessarium?

CASTICATIONES ET NOTÆ.

tis esse peccato. Omitto commemorare quæ mala in hac ipsa transitoria vita pene omnes patientur infantes, et quomodo explicetur quod dictum est: *Grave jugum super filios Adam a die exitus eorum de ventre matris eorum, usque in diem sepulturæ in matrem omnium* (Exod. iv). Quæ utique mala sub justo et omnipotente Deo non irrogantur ejus imaginis, quibus mali in virtute exerceri infantilis aetas non potest dici, si nulla ex parentibus mala merita traherentur. Hæc autem mala parvolorum, non ea quæ habere negantur a vobis, sed quæ perpetui cernuntur ab omnibus nobis, tu prætermittis omnino, nec respicis; expatriaris ibi, vir disertissimus, et exerces ingenium ac lingnam tuam in laude naturæ. Natura ista in tantus et tam manifestas collapsa miserias, salvatorem, liberatorem, mundatorem, redemptorem Christum habet necessarium, non Julianum, non Cœlestium, non Petugium laudatorem. Quam quidem redimi non fateris in parvulis, nisi quia hoc Cœlestius apud Carthaginem gestis ecclesiasticis, ora Christiana non sustinebis, fassus est. Ceterum, rogo te, quomodo potest intelligi ista redemptio, nisi a malo redimente illo qui redemit Israel ab omnibus iniquitatibus ejus; ubi enim redemptio sonat, intelligitur et premium. Et quod est hoc, nisi pretiosus sanguis Agni immaculati Jesu Christi? De hoc autem precio, quare si, fuisse, quid interrogamus alium? Redemptor ipse respondet, dicit ipse mercator: *Hic est, inquit, sanguis meus qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Pergite adhuc, pergit, et sicut dicitis: in sacramento salvatoris baptizantur, sed non salvantur; redimuntur, sed non liberantur; lavantur, sed non abluntur; exorcizantur et exsufflantur, sed a potestate diaboli non eruntur; sic etiam dicit: funditur pro eis sanguis in remissionem peccatorum, sed nullus peccati remissione mundatur. Miris sunt quæ dicitis, non sunt quæ dicitis, falsa sunt quæ dicitis: mira stupemus, noxa cauemus, falsa convincimus.* » EDIT.

* Fuit illud Petagianæ nequitigæ effugium. Distinxerunt homines malæ fidei vitam æternam a re-

A 4. • An forte diças propter regnum cœlorum, et in filios adoptionem? b cur enim talis status, tanta que postea actibus propriis vitæ sanctitas acquisita servatæ naturæ, non eos [Baluz. add. vel] ad regnum illud admitteret, vel in filios adoptaret? Sed iamquam ab aeditno quodam et pervigili præsule irroventes audiant [Baluz. add. item]: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu, non potest intrare in regnum Dei* (Joan. iii, 6).

5. Sed [Baluz. Et] videamus baptismū ipsum, cuius virtutis sit, quoive et quantas habeat vires et effectuum causas. Dicit de illo Paulus apostolus: *Qui nos redemit, salvos fecit per lavacrum regenerationis et renovationis* (Tit. iii, 5). Ergo et salus, et redemptio, et renovatio est. Nullane ergo pena erit B non baptizatis parvulis, non habere salutem, redemptionem, renovationem, non postremo intrare in regnum cœlorum (Joan. iii, 6), non erit de potestate tenebrarum, et transfigi in regnum filii charitatis Dei (Col. i, 13), non manducare carnem Domini, et bibere sanguinem ejus (Joan. vi, 54)? De quo sc̄ramento vox Salvatoris est: *Nisi manducaveritis carnem meam, et biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in robis metropolis* (Joan. vi, 54); quod certe absque ulla tergiversatione sine baptismo nullus usurpat, nec fit illius particeps sacramenti.

6. • An jubes, ut soles, etiam hic tergiversando

C gno cœlorum, dixerintque baptizandos infantes propter regnum cœlorum adipiscendum, non item propter habendam aeternam vitam, quippe quam habituri essent, quamvis morerentur sine baptismo. Christus enim, inquietabat, cum ferret legem baptismi, non vita aeterna, sed regni Dei mentionem fecit. Dicelat enim: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei* (Joan. iii, 5). Ut hanc cavillationem falsi revincentem sancti Patres, adhibuerunt verba Christi imponentis præceptum de suo corpore manducando et bibendo sanguine, ubi meminit vitæ: *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in robis* (Joan. vi, 54). Hoc vero præceptum ostenderunt nec impleri posse nisi a baptizatis, nec ad solos adultos pertinere; atque ita conciserunt neminem posse aeternam vitam habere sine baptismo, ut mox dicturus est Mercator. Posset vero mirari quispiam cur in re tam facili tam laboriosa, ver satum sit olim, cum ex cap. xxv Matth. tota lis dirimi posset, Christo regnum cœlorum et vitam aeternam habente pro eodem. Cum enim dixisset vers. 34 his qui a dextris ejus erunt: *Venite, benedicti Patri mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi*, et vers. 41 his qui a sinistris erunt: *Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus es diabolo et angelis ejus, sub fine utrumque dictum colligens: Et ibunt, inquit, hi in supplicium aeternum, justi autem in vitam aeternam.*

b Perturbatus hoc in loco videtur ordo vocum, istæ enim serratae naturæ, prout collocantur, nullum faciunt tolerabilem sensum; facient vero commodum, si re-tituantur hoc modo: *Cur enim talis status servatæ naturæ, tantaque postea actibus propriis vitæ sanctitas acquisita, non eos ad regnum illud admitteret, vel in filios adoptaret?*

c Idem argumentum tractavit Augustinus (Lib. de Pecc. Merit. cap. 20): Auseratur, inquit, jam dubitatio, Dominum audiamus, non suspicere conjecturam.

dicere, hanc de carne et sanguine Domini sumendo non esse sententiam generalem, sed specialem, ad eos videlicet quibus praesentibus tunc loquebatur? Audiant, audiant, si ad hoc prosilieris, Christiani, et tibi referant hoc pacto Dominicam coenam, in qua cum solis tantum apostolis constratus, de eodem corpore suo et sanguine sacramenta observanda contebat. Ipsi solis esse mandatum, et ad nullum alium qui vel tunc in illa coena non interfuit, vel ad nos omnes posteros pertinere prouuntias? Videsne quibus laqueis, quibus angustiis suffoceris, cum negas originis vinculum, de quo omne prorsus genus humaanum, omnem etatem, nisi per haec sacramenta, in quibus lavaerum prius est regenerationis et renovationis, Christus absolverit, magnum esse malum, magnam paenam, et inevitabilem damnationem?

7. Quibus collectis contra tantam et tam inanis-
tiam impiissimam audaciam tuam, constat te magis,
ut pote sequacem Coelestii, qui definiuit, et infantes,
etiam non baptizatos, habere vitam eternam, et ne-
gare parvulos baptizari debere; sed, ut iam dixi,
tantum verbis illudere, sensu vero apertam cum
paganis et Judais impietatem tenere.

8. Quod ut luce clarius probemus, audi et quibus a nominibus cum causis propriis, que Christus in suis beneficiis humano generi contulit, parvulos fa-
cias alienos, ipsumque Dominum Christum Jesum
horum nihil his debere, nihilque praestisse.

9. Nempe, vis non vis, vivificator est Christus:
hic interrogabo, et animae, et corporis? Tu, invitus licet, ita fateboris. Repetam interrogationem, totius
omnino etatis? Respondebis, totius. Pressius

A exigam, et parvuli? Dices, etiam; sed audi, dicam
tibi, quo modo iste, et ut ita dicam, qua arto vivifi-
ceat? Deus autem, inquit praecox ejus et *Vas electionis*
Paulus apostolus, qui dives est in misericordia propter
multam charitatem, qua dilexit nos in Christo, cuius
gratia salvi facti sumus (*Ephes. II, 4*). Quid nunc cen-
se? connumeravit et coniunctupavit et parvulos. Au-
foris sunt ab ista miseratione et dilectione, quia non
sunt mortui peccatis, et exspectant le vanissimum
janitorem, ut tunc eos admittas ad misericordiam vi-
scificandos, quando a miserando cessaverit peccato-
res, ut eos aliter quam alios vivificeret?

10 Sed transeamus hinc studio brevitatis ad aliud
vocabulum, quod salvator est. De [Baluz. quod de] Salvatore in Evangelio ita scriptum est: *Natus est
B vobis hodie Salvator in civitate David* (*Luc. II, 11*). Unde et Graeco eloquio, Jesus proprio, et apud [Baluz. ad] Zacheum: *Salus hodie donui huic facta
est, quoniam et iste filius est Abrahae* (*Luc. xix, 9*). Item: *Venit Filius hominis querere et salvare quod
perierat, et inquit* (*Ibid., 10*). Tu sine dubio, quia
parvolorum greges non periisse prouuntias, non sal-
vantur, non requiruntur: hoc audi, et de ove per-
dita, *quaesita et inventa*, hoc et de draginata vel
manipulo qui perierat (*Luc. xv*). Item apostolus Pau-
lus: *Humanus sermo, et omni acceptione dignus,*
*quia Christus Jesus venit in mundum salvos facere pe-
ccatores, quorum primus sum ego* (*I Tim. I, 15*). Hinc,
ta [Baluz. om. tu] egregius magister, amotile parvul-
lorum catervas, ut ad hunc non currant qui *venit
salvare quod perierat* (*Luc. xix, 9*); qui *non venit ro-
care justos, sed peccatores in paenitentiam* (*Luc. V, 32*);

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

rasque mortaliuum. Dominum audiamus, inquam, non quidem hoc de sacramento laraci dicentem, sed de sacramento sancte mensae sue, quo nemo rite nisi baptizatus accedit: Nisi manducaveritis carnem meam, et biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vo-
bis, etc. (*Joan. VI, 54*).

a Habet contitus Baluzius, constitutus Gallandius, qui subdit: *Menlosum hunc locum præterit Baluzius.* Lege cum Gerberonio contestatus. EDIT.

b Mercator Coelestium facit auctorem nefandi dogmatis, quod infantes, etiam non baptizentur, habeant vitam eternam (*Lib. de Gest. Palæst. cap. 11*). Et vero Pelagius (*Lib. de Pecc. Orig. cap. 12*) Diopoli aperte negavit, id unquam a se dictum; immo ad satisfactionem synodi addidit se anathematizare qui sic tenerant aut aliquando tenuissent. Augustinus tamen ostendit, nullum suisse Pelagium inter et Coe-
lestium in hac parte differentiam, nisi quod ille aperi-
tor, ille occultior fuit; ille perimacior, ille mendacior;
vel certe ille liberior, ille astutior: ille enim nec in
Ecclæsia Carthaginensi damnare voluit quod in Romana
postea se tenere confessus est, et corrigi paratum se
esse professus, si ei tamquam homini error obrepit;
ista autem et illud dogma damnabit, tamquam contra-
rarium veritati, ne ipse a judicibus catholicis damnare
tur, et id sibi defendendum postea reservavit, aut men-
daciorem damnans, aut callide interpretans.

c Taatum verbis includere. Edidit Gerberonius tan-
tam verbis includere, sed legendum monet tantam
verbis includere. GALLAND.

d Hanc nimurum, quod Christi baptismio parvuli
non egeant. Dicatum vero Marius probat argumentis,
quorum vim declinare nemo queat, nisi qui aut omni

Scripturæ sacrae auctoritatem detrahat, ut pagani;
aut Evangelium scriptaque apostolica rejiciat, ut
Judæi. Ea vero sumpsit a nominibus quibus Christi
beneficentia in homines significatur; sed ita ut con-
stet ea ad parvulos non pertinere, sin minus bapti-
tismo Christi egeant, quo abluantur a peccati macula.

• Recenset Mercator plurima Christi nomina, quibus beneficentia ipsius in homines significatur. Sunt autem illa omnino viginti duo, vivificator, salvator,
illuminator, redemptor, liberator, mediator, propitiator,
medicus, reconciliator, circumcisus, misericors seu miserator, testator, consolator, advocatus,
adaptor, regenerator, justificans, translator de te-
nebris ad regnum, mundator seu expiator, deleitor
chiographi, vita, reficiens seu relevans: quæ si-
gula testimonis ex Scriptura prolatis explicit. No-
tatu porro dignus est hic locus; vix enim illustrior
alius in hanc rem inventarius apud Patres, cum una
colligantur a Mercatore omnia quæ ab aliis sparsim
tradi solent.

• Garnerius habet in margine *parvule*. EDIT.

• Garnerius habet in margine: Corrige, inquis tu.
EDIT.

• Legit Mercator δράγμα, non item ut est in vul-
gatis codicibus, δραχμήν, unde et manipulum verit: quauquam altius quiddam forte reconditusque ta-
tere suspicatus est, propterea quod in minutioribus
oliu quibusdam monetis fasciculus segetis seu ma-
nipulus eslungebatur; quod memini me aliquando le-
gere apud veteres rei monetarie scriptores. Verum
huc subtilior videtur potest quam verior conjectura.

i Gr. I Tim. 4, 15, πεπονός, fidelis, seu verus et
certus. GALLAND.

qui baptizat in remissionem peccatorum (Act. ii, 38); qui ovem querit quae aberravit (Luc. xv, 4); qui dragma (Ibid., 8), id est, manipulum qui pauperat; qui pro peccatoribus mortuus est (I Cor. v, 3); qui sicut sanguinem in remissionem peccatorum (Ephes. i, 7); qui pro peccatis hominum traditus est (Rom. iv, 25); qui vulneratus est propter iniquitates nostras (Icor. lxi, 5); qui preccata nostra portavit in corpore suo super lignum (I Pet. ii, 24); qui tanquam crux occisionis pro peccatis nostris [Baluz. om. nostris] oblatus est (Icor. xli, 7); qui delerit chirographum debitorum (Col. ii, 14); qui, secundum apostolum Petrum, passus est justus pro injustia, ut nos adducat ad Deum (I Pet. iii, 18); cuius sanguis, secundum Joannem evangelistam, purga nos ab omni delicto (I Joan. i, 7); qui, cum infrae esset secundum tempus, pro impiis mortuus est, ut Paulus dicit apostolus (Rom. v, 6); qui in similitudine carnis peccati de peccato damnavit peccatum in carne, ut idem Paulus est testis (Rom. viii, 3); qui reconciliavit nos ex offensione Deo Patri, ut idem denio dicit Apostolus (Rom. iv, 10); qui dedit semelipsus pro peccatis nostris, et unus pro omnibus mortuus est, ut nos exipiat de presenti aquila mali (Gal. i, 4). Et quis finis erit, si hic omnia reconciliamus a quibus hic doctor egregius abigit inhumorabilem multitudinem parvorum?

41. Quod illuminat nos, Iohannes apostolus ita dicit: *Quod si in lumine ambulaverimus, sicut ipse est in lumine, societatem habebimus in invicem, et sanguis Iesu Filii ejus purgabit nos ab omni delicto* (I Joan. i, 7). Rego, quibus auribus, qua fronte audis, sanguine C nus Iesu Filii Dei ab omni delicto purgari, cum tu nullum infantes delictum habentes, ut dicas, ab hoc sacrosancto sanguine arces?

42. Quod redemptor est, audi: *Gratus, inquit Apostolus, agentes Deo et Patri, qui nos idoneos serviri in parte sortis sanctorum in lumine, qui eripiunt nos de potestate tenebrarum, et transstulit in regnum filii charitatis suarum, in quo habemus redemptionem, remissionem peccatorum* (Col. i, 13). Putasne vigilabio tanto seruio depresso, et audies quid dicat, et senties quo pudore dixisti de parvulis, « Christus qui est opus sui redemptoris » cum hic tantus praedicat redemptores et redimunt, qui sunt extraeuti, vel exrathuntur de potestate tenebrarum, et transferuntur in regnum charitatis Filii Dei, redemptio- D nisque manus nisi cum peccatorum remissione non obtineri? Audi adhuc, vis non vis, et invitus: *Qui dedit semelipsum, ut nos redimeret ab omni iniquitate, et mundaret sibi populum emularum honorum operum* (Tit. ii, 14). Abige ergo hinc infantes, quia ab iniuitate, quam non habent, non redimuntur, nec mundantur; quia unde mundari, ut dicas, non habent, ut Dei populo emulari bonorum operum scientur! et in isto quidem capitulo, *redemptionis*,

A si omnia persequuntur, ut possumus ostendere baptismorum ius variisq[ue] impletatis quando finierint? Undo commodios esse arbitror, vitanda prolixitas causa, congerere quanta possumus beneficiorum nomina Salvatoris, et de paucioribus eorum rara et pauca Scripturarum testimonia subdere, a quibus iam impletas excludere conatur infantes, ut qualis quidemque sis noxious, sanctaque et rectae Aedei intimis, omnibus paterat.

43. Quot liberator est Christus, quod mediator, quod propitiatorum; velim dicas causam mediationis pro parvulo, quem causam habere negas offendit: dices etiam propitiationis aditum, quem nullum culpam, pro qua ^a remissa propitietur Deus, habere decernit.

44. Quod medicus, qui non nisi male heterosis necessarius est (Marc. n, 17).

45. Quod reconcilians, Paulina audi dicendum: Si enim, cum inimici essemus, reconciliati sumus *Deo per mortem Filii ejus*, multo magis reconciliati estoi crimus in vita ipotes (Rom. v, 10). Item idem: *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis peccata eorum* (I Cor. v, 19). Et [Baluz. add. post proutum] idem ipso: *Non solum autem, sed et gloriatur in Deo per Bonum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus* (Rom. v, 4). Tu ad hanc reconciliationem qua fronte non vis parvulos pertinere?

46. Quod circumcisior, in consequentibus audies. Interim da huic infanti praeputium, quod esse illi negas, ut circumcidatur.

47. Quod pastor, sed neflam ovem in ovile suum recipit, quam prius non circumcidit: et hanc utique circumcidit, quae mortua est in delictis [Baluz. dilectis] et praepatio carnis suae, qui et ad oves perditas venit (Coloss. ii, 15; Matth. xv, 24).

48. Quod misericors et miserator es, audi Panium apostolum: *Eramus, inquit, et nos filii traximus et ceteri. Deus autem qui dives est in misericordia, propter multam charitatem quam dilexit nos, et cum eisentus mortui peccatis, convivificavit nos Christo* (Ephes. ii, 4).

49. Quod testator, quod consolator, quod adlocutor, quod adoptans vel adoptator. Quis quos et [Baluz. qui quos vel] quales adoptet, quia tu nimis obscuruisti, audiant catholici Christiani Petrum apostolum dicendum: *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus in adoptionem, ut [Baluz. ne] virtutes Dei annuntietis ejus, qui vos vocavit de tenebris in admirabile lumen suum* (I Pet. ii, 9).

50. Quod regenerator, sed nullum regenerat, nisi qui vitium in prima origine [Baluz. generatione] contraxit: b aliis [Baluz. alicui], qui bene se habeant, et, ut tibi placet, in [Baluz. om. in] generatione, quae justa causa regenerationis existat? aut quid est,

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

^a Carnerius habet in margine, Corrige, cuius remissa. Edit.

^b Baluzius ponit atque bene, monet vera cum Ger-

beronie melius legendum, alioqui bene se habente, ut tibi, etc. Edit.

quod in illis debet emendari, vel corrigi, nisi quod forsitan pravum est?

21. Quod iustificans vel justificator est, audi apostolum Paulum : *Sicut est veritas in Jesu deposito secundum primitam conversationem veterem hominem, qui corruptus secundum desideria erroris. Renovamini autem sensu [Baluz. sensu] mentis vestrae, et induite novum eum [Baluz. hominem], qui secundum Deum creatus est in iustitia, et sanctitate veritatis (Ephes. iv, 23).* Hi quos restituta nulla induxit esse prouogias, quid facient, si te audient? non accedunt ad renovatorem, non eo induentur, deposita velutata, ut renoventur spiritu mentis suae.

22. Quod de tenebris transferuntur ad regnum, qui fuerint baptizati, audi apostolum Paulum : *Gratias, inquit, agentes Deo et Patri, qui idoneos nos fecit in parte agnis sanctissimi [Baluz. sanctissimum] in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et translati in regnum Filii charitatis sue, in quo habemus redēptionem, remissionem peccatorum (Coloss. i, 13).* Roga, quo ore, quia potius impudenter ista tibi aliter visa sunt consideranda, ne tantæ lucis veritate et rationis Christianæ pondere premereris? Separabis igitur etiam ab hoc capitulo parvulos, ne insontes secundum te, et qui in luce sunt merito innocentium constituti, extrahi videantur de potestate tenebrarum. Sed, recordissime mortalium, non aliter nos prius transferuntur in regnum Filii charitatis Dei, nisi prius extracti fuerint de potestate tenebrarum, et nisi habuerint redēptionem, remissionis scilicet peccatorum. Et nota hic, redēptionem, quam et te dices et concedes, sed nescio quam confundam: sed [Baluz. et] alteram, quam Apostolus non dicit esse principi loco, nisi peccatorum remissionem.

23. Quod mundator seu expiator est, audi Bapt̄istam Joannem : *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi (Joan. i, 29).* Quid hic, queso, Agnus iste significat, nisi victimam pro peccatis, qui prout certe, quos expiat cum oblatus est ei quotidianie in suis sacramentis offertur, remissionem praestat præteriorum et præsentium peccatorum?

24. Iohesne igitur ut parvuli, omnino in nullo peccato. Hanc sibi dicant hostiam minime profluisse, quæ tantum pro peccatis, vel pro peccatoribus, mactata cognoscitur? quin audiro debes quid præcepit hujus victimæ in consequentibus epistolaæ prædicet (I Joan. i, 7) : *Et sanguis Jesu Filii Dei mundabit nos ab omni delictio. Item [Baluz. idem] Paulus : Qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos ab omni iniuritate redimeret, et mundaret sibi populum concursum honorum operum (Tit. i, 24).* Que te veritas. Quo fugies, ut

A bos laqueos evites? Videone, impudentissime, hostem hujus sanguinem mundatorum esse peccatorum, redēptionem quoque ab omni iniuritate, per quem ubi prepararet populum simulacrum honorum operum? Et tu frenis sergas, et corde saxos, separas parvulos a populo Dei, qui expiat et redempit, tot et talibus divinis præmis gaudet.

25. Quod deleto chirographi [Baluz. est], audi apostolum Paulum : *Et vos cum essetis mortui delicia, et præputio carnis vestrae, vivificavit cum illo, delens quod adversum vos erat, chirographum in sententis decretis, quod erat contrarium vobis, tollens illum de medio, affixi cruci, arcuaria se carnem, principalus et potentes tradidit fiduciastilor triumphare eos in se-mipso (Col. ii, 14).* Quid hic astrues, doctor egregiet B delet in baptismo etiam chirographum parvularum? An nullum habentes chirographum, nec proprium, neo patrum, ad hanc largitoris gratiam non curas admittere? Audiant hic quid sentias catholicæ Chri-
stianæ, et quem te esse intelligere debeant, ipsorum permitto judicio.

26. Quod vita est Christus, audi Joannem apostolum : *Et hoc testimonium est : e quia vitam aeternam dedit nobis Deus, et hanc vitam in Filiis ejus est. Qui habet Filium, habet vitam; qui non habet Filium, non habet vitam (I Joan. v, 11), sed iudicium Dei manet super eum (Joan. iii, 36).* Eia præcepta! admittit ut sine baptismo parvulus hanc habeat vitam. Hassisti, ut credo, hic, et in eadem luto herendo versuram solvis. Si igitur non habet sine hoc sacramento C vitam, iudicium Dei manet super eum. Unde hoc? Non querid, legentium prudentia intelligat.

26. Quod resiliens et relevans Dominus in Evangelio : *Venite ad me, omnes qui laboratis aut [Baluz. et] oneratis estis, et ego vos reficiam : tollite jugum meum super vos, et dicite a me quia mitia sum et humiliis corde, et invenietis requiam animabus vestris. Jugum enim meum suave est, et onus meum lete [Baluz. add. est] (Matth. xi, 28).* Numquid et hic erit ultra dubitatio, nullum ad illum concionatorem præparare, nisi qui oneratus aliqua sarcina, obsoleta conficitur, qua deposita, tollat leve jugum ejus super se mitta et humiliis corde? Et quid est aliud, nisi, ut diximus, sarcina peccatorum? quæ quia, ut te delebas, parvulus nulla est, non audiant hunc concionatorem (quem Greci Ecclesiasten nuncupant), et intelligere non eurent, de tollendo miti et levi jugo ejus, quia nullum quod deponerent onus habuere. Haccine Christianos audire non nefas est? vosque odiante pati garris ex negligentia sacerdotum, non ultima pena est?

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

* Integrum hoc segmentum usque ad vocem tenebrarum exciderat in editione Garnerii : restituimus ex Baluzio. EDIT.

† Nota antiquissimi scriptoris testimoniorum pro sacrificio missæ propitiatorio pro peccatis præteritis et præsentibus. Quæ veritas ita fuit in confessu tunc temporis, ut nullus fere hujus auxili scriptor non

fecerit ipsius mentionem.

‡ Et ista quoque usque ad ejus est exciderant in editione Garnerii, ut monet Baluzius. EDIT.

§ Id est sensu auges, malum malo addis. BALUZ.

¶ Hic et paulo infra ponit leme Baluzius, socius codicem Bellov. EDIT.

CAPUT IX.

Retractatio questionis de morte per peccatum ingressa in mundum.

1. Habes, ut credo, quod te tangat et stimulet: sed si te iterum commoveris, scio quid, domante Deo, ulterius, ut non te commoveas, arctius colligaberis.

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

* Teucam. Hæc est lectio libri Bellovacensis. Garnorius edidit veniam, Gerberonius te ducam. Quid si legamus tandem. BALUZ.

^b Idemq[ue] prius Julianus exprobaverat Mercator (Cap. 8, num. 6), eo sensu quem explicimus. Est vero inter nuperos historie Pelagianæ scriptores, qui conatus sit quatuor Pelagianismi status distinguere, quorum alter alteri ita successerit, ut monstrum illud, instar fabulosi Prothei, primum ethni-cismi formam induerit, deinde semiethnicismi, tum Judaismi, denique semiehristianismi. In primo, inquit, nulla omnino facta est gratia divinae mentio; in secundo facta est quidem, sed gratia, que a natura non diffireret; in tertio ad naturam adjuncta est doctrina legisq[ue] gratia; in quarto admissa quidem est vera Dei gratia, sed quæ foret liberi arbitrii pedissequa, non item dux, ut par erat. Tres priores status vult auctor iste præce-sisse damnationem bæ-resis a Zosimo faciam; quartum damnatione posterorem: illos a Pelagio excogitatos, hunc a Juliano. Primum in ipsis Pelagianismi incunabulis exstisset, id est, antequam fideles attollenti caput errori ob-sisterent; secundum, quando primum bæretici, ob-sistentibus fidelibus, conati sunt inani specie verbo-rum suorum facere; tertium, post condemnationem a S. Innocentio.

Verum, ut nihil est quod ingeniosis istis fragmentis placeat magis inertibus sui admiratricibus, nihil quod blandius aduletur superbis, nihil quod facilius illudit sui amatoribus: ita nihil hac distinctione potuit aut vanius dici, aut historie pugnantius.

Id vero ut demonstrem, quinque statu, quæ, meo quidem iudicio, certa ratione temporum constant. Primum, scripsisse Pelagium epistolam Paulino, ann. 405, et Demetriadi ann. 413, commentarios in Epistolas Pauli ann. 403, saltem ante vastationem Urbis a Gotis, quo contigit ann. 410, librum de natura ante ann. 411 (*Dissert. de primis auct. etc., cap. 4*). Secundum, de Coelestio habitum judicium Carthaginæ ab Aurelio ann. 412, de Pelagio Diospoli ann. 415, mense Decembri; de utroque Romæ ab Innocentio ann. 417, mense Januario; de utroque iterum Romæ a Zosimo ann. 418, mensim circiter Maium (*Dissert. de synod. in causa Pelagiana coactis*). Tertium, Augustini nihil scripsisse adversus Pe-

lagianos ante ann. 412, sed prius tantum sermonibus et colloctionibus egisse, prout occasio se dabat, sed tacito nomine; eo tempore dixisse sermonem 13 de verbis Apostoli; ad Hilarium scripsisse ann. 413 aut 414 (*Dissert. de scriptis defensorum fidei, etc., cap. 2*). Quartum, a Coelestio Carthaginæ oblatum Aurelio libellum suæ fidei ann. 412 (*August. lib. de Gratia Chr. et lib. de Pecc. Orig.: epist. 2 Zosimi ad Afric.*); similiter Zosimo datum Romæ ann. 417, et eum iisdem fere verbis constituisse, quibus confessio missa a Pelagio ad Innocentium, ei post ejus obitum redditæ Zosimu, et vix non approbata; nihil in hujus vel illius libello reprehensum ab Augustino, quod spectaret ad Trinitatem atque Incarnationem; sed tantum quod pertineret, tum ad peccatum originis aperte a Coelestio negatum, tum ad gratiam, ambiguis verbis a Pelagio explicatam; laudatum vero, quod Coelestius fassus esset parvulorum redemptorem. Quintum denique, incunabula heresis Pelagianæ (si quæ vetates distinguunt debent), seu potius infantiam extitisse Romæ, priusquam Pelagius inde

A 2. Adhuc tamen necessaria consideratione ad superiora veniam, pressius explorans quid de pena quam progenitorum prevaricatio divino iudicio meruit sentias; et ad hanc te questionem reducens, patefaciam iterum tuum barathrum. Quia [Baluz. quæ] enodata, cum fauces tuas divinarum auctoritas preaserit Scripturarum, scies te ^b gentilibus et Ju-

profageret propter imminentes Gothos (Vide *notas ad Comm. et Merc.* ubique passim); adolescentiam in Sicilia, ubi per duos annos et amplius magister et discipulus versati sunt; adultam vetatem partim in Oriente, partim in Africa alibi terrarum, ad usque tempora Innocentii Zosimique summorum pontificum; reliquam ex eo tempore quo Julianus deploratæ cause patrocinium suscepit.

His ita constitutis, quero primum qua notione ethnicismum scriptor ille, quicum res modo est, quæve semiethnicismum, Judaismumque, et semi-christianismum delinire velit; an quæ tradita est a Patribus? an quæ ad arbitrium ficta? Si quæ a Patribus tradita est, vanescit quatuor statuum distinc-tio: siquidem Patres ethnicismum desinunt ignoratione, tum veri Dei, que sanctissima Trinitas, tum Incarnationis Dominica, que mediator missus est; semiethnicismum ignorantie Christi, qui sit substantive Deus-Homo; Judaismum partim odio Christi, quem Judei cruci afflixissent, partim studio Mosaicorum rituum, quos retinendos juberent; semichristianum denique cum Judaismo confundunt. Atqui Pelagianos Augustinus numquam arguit ejusmodi erroris adversus catholicam fidem, vel sanctissimæ Trinitatis, vel Dominicæ Incarnationis, vis Mosaicorum rituum antiquationis.

Sed deliniantur sane, eti a nemine Patrum id factum sit, quatuor illi status, vel inflectione, vel confessione gratia divina, quero iterum ab hoc homine, quam Dei gratiam intelligi velit. An summam illam, quæ vita eterna in regno Dei? hanc fateban-tur Pelagiani iam inde a primis initiis. An singularem alteram, quæ datus est hominibus redemptor Christus; fatebantur et istam, vel ante vastationem urbis. An qua baptizati in filios Dei adoptantur? et ipsam quoque fassus est Pelagius longe ante quam Roma discederet. An qua juvans ad pie agendum revelatione veritatis? at Pelagius meminit illuminationis divinae ante ann. 404, cum scriberet ad S. Paulinum. An qua voluntas agitur a Spiritu sancto, preparatur-que a Domino, ut sancte agat? Fator Pelagianos hujusmodi gratiae necessitatem noluisse confiteri, sed eam contendisse, si quando detur, vel ex meritis a Deo dari, vel ad facilius tantum promptiusque agendum.

At rursus adversarium interrogo, quo tandem au-tore putet, et quo primum tempore Pelagianos ita sensisse de gratia. A Juliano, inquit, excoiquata est sententia hæc post condemnationem a Zosimo, id est, ann. 418. Sed quibus id dicit, et qua confiden-tia, cum tradat Augustinus (non tantum Diospoli ob-jectum Pelagio) Coelestium scripsisse Dei gratiam secundum merita nostra dari (*Lib. de Gest. Palest. cap. 2*); sed etiam illud ipsum objectum fuisse Coelestio, cum Carthaginæ primum accusaretur a Paulino diacono, et damnationem a Zosimo Diopolitana synodus duobus annis et amplius, quinque totis ju-dicium Carthaginense antecesserit?

Quid quod Augustinus (*Serm. 15 de Verb. Apost. cap. 1, 11 et 12*) tacito nomine Pelagianos arguerat ante ann. 412, quo primum caput adversus ipsius nominationem scribere, quod cum gratia Dei dicere ferocius id effici posse, quod sine ipsa tamen, licet difficultius, prestari posset; atqui tunc temporis nulla Aurelii, nulla Innocentii, nulla Zosimi sententia præcesserat, nulla Juliani mentio habebatur.

datis, omnibus libris tuis, ^a arma ministrasse, sed A
sane plumbea; non enim ad expugnandam in Christo fidem vias vires habere potuerunt.

5. Sed [Baluz. Et] quæ, vel eojusmodi sint, iterum [Baluz. iterum iterumque] videamus, in quibus quis iste, quæso, error est inexplicabilis labyrinthi? quæ inexcusabilia ^b Thebani monstri problemata? In epistola tua, quæ, ut memoravimus, ad sanctæ memorie papam Zosimum missa est, displicet tibi, cum que condemnas qui sentit Adam mortalem factum, qui sive peccaret, sive non peccaret, fuisse moriturn. Et ais, nec hoc esse ratione subnixum; credo enim esse. inquis, immortalē factum quidem, sed qui, si non peccasset per gustum ligni vite, posset virtutem immortalitatis adipisci. Adjungis etiam iure improbandum, qui prædicanti Apostolo contradicit dicenti: *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivificabuntur* (1 Cor. xv, 12). Moque hoc aliud testimonium subdis: *Per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum* (*Ibid.*). Quæ cum simplex Christianus audit, nihil doli, nihil credens afferrit fallacie, ^c more quo ab apostolis doceri solita est Ecclesia, optimum et suum arbitratus [Baluz. arbitratur] magistrum, intentusque [Baluz. intentusque] ad reliqua ejusdem Apostoli, quæ in hac causa

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

Libenter quoque sciscitarer ab inventore statuum, de quibus sermo est, quid puet esse societatis Pelagianis, sola illuminatione mentis gratia adjutorium definitibus, cum Judæis legem Moysi datum cærenomiasque divinitus præscriptas prædicantibus. An Evangelium, quæ doctrina Christi, confundit cum lege Mosaica? An Judæos opinatur sola lego externa justificari se, sancteque agere credidisse? An denique sibi persuasit Pelagianos, nomine legis, Mosai-
cam intellexisse? Primum, impietati est; alterum, inscitiae: postremum, *ἀντοφορίας*: omnia, incredibili^s negligientiae in operibus Augustini versandas.

^a Supra cap. I jam habetur, pugniones plumbeos. EDIT.

Cum Julianus ambiguis verbis, et in speciem catholicis texerit hereticum sensum, nec catholicorum tantum simpliciores, sed ipsam quoque apostolicam sedem illudore conatus sit, apte comparatur a Mercatore cum sphynge, monstruosa illa sera, quæ apud Thebas ænigmata proponebat imprudentibus populis, deceptosque male multabat, ut est in fabulis. Recognosce quæ dicta sunt in notis ad cap. 6, num. 9 et seqq.

^c Habet ita uterque codex, vix tamen ullo probabiliti sensu; sic emendare licet: *Nihil credens afferrit fallacie, more quo ab apostolis doceri solita est Ecclesia, optimum, et suum arbitratus magistrum, intentusque, ad reliqua ejusdem apostoli, quæ in hac causa prosequeris, audienda decurrit.*

Simile quiddam legitur in epistola quinque episcoporum ad Innocentium, in qua sub initium, de Pelagio gratiae nomen aliter usurpante quam soleret Ecclesia, deque Patribus Diopolitanis pro more Ecclesiæ intelligentibus verba quæ dicerentur, ita scriptum est (Epist. 177 apud August.): *In Oriente, ubi deinceps ecclesiastica facta esse jocantur, quibus putatur esse purgantur; ubi quidem, si episcopi eum catholicum pronuntiarunt, non ob aliud factum esse credentem est, nisi quia se dixit Dei gratiam confiteri, et aut posse hominem suo labore ac voluntate justificare, ut ad hoc adjuvari Dei gratia non negaret. His enim audiis verbis, catholici unitates nullum aliam Christi gratian. intelligere poterunt, nisi quam in*

A prosequeris, audienda, decernit. At tu ^d aliud clausum in pectore, aliud promptum habens in lingua, novus atque egregius disputator, id nunc in isto Opere tuo ^e post tam longum tempus ^f elaborato in Cilicia ingeris.

4. Necessaria igitur capituli repetitione, quid mari exarato et Oriente illustrato novum inauditumque inde attuleris, denuo perscrutemur. ^g Intravit igitur, inquis, secundum Apostolum, per unum hominem peccatum in hunc mundum, et per peccatum mors, quoniam illum et reum, et damnationi mortis perpetuae destinatum mundus aspergit. Et subiungis: ^h In omnes autem homines sola mors pertransit, quia una forma judicii prævaricatores quosque, etiam reliquæ comprehendit etatis; quæ tamen mors, nec in B sanctos, nec in [Baluz. om. in] innocentes ullos sævire permittitur, sed in eas, inquis, tantum pervadit, quos prævaricationem viderit æmulatos: quæ prævaricatio, licet non sit facta naturalis, sicut tamen forma peccati; atque ob hoc, licet non aggravet nascentes, tamen accusat imitantes: mors autem judicialis translat in id, quod peccaverunt omnes, sed libera voluntate. ⁱ Haec inde sunt probabiliora et eliquotiora sensa doctrinæ; ^k illorum vero superioris temporis

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

libris Dei legere, et populus Dei prædicare consueverant. Eam utique, de qua dixit Apostolus: *Non irritam facio gratiam Dei: nam si per legem justitia, ergo Christus gratis mortuus est (Gal. ii, 21); sine dubio gratiamque justificamus ab iniustitate, et qua salvamur ab infirmitate, non qua creati sumus cum propria voluntate: nam si intellexissent illi episcopi eam illum dicere gratiam quam etiam cum impensis habeamus, cum quibus homines sumus, negare vero eam qua Christiani et filii Dei sumus, quis eum patienter catholicorum sacerdotum, non dicimus, audiret, sed ante oculos suos ferret?* Quapropter non culpandi sunt judices, quia ecclasiastica consuetudine nomen gratia audierunt, ne-
scientes quid hujusmodi homines, vel in sua doctrinæ libris, vel in suorum solent auribus spargere.

^d Desumpta sunt haec verba ex Sallustio, qui cum corruptos suorum temporum mores describeret: *Ambitio, inquit (In Catilinae Conjurat.), multos mortales falsos fieri subget; aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere; amicitias inimicitiasque non ex re, sed ex commodo ostendere: magisque vultum quam ingenium bonum habere, etc.* O genium, non Sallustiani tantum, sed alterius etiam seculi!

^e Ipsemel Julianus: *Quia id impendio, inquit, possisti, immo indicasti auctoritatem patriæ (Florum alloquitur Pelagianum episcopum) ut libro tractatoris Panu, quem ad Valerium Comitem vernacula peccatorum ejus Alipius nuper detulit, ebu aren; hinc mihi est longior facta responsio (Lib. i Op. Imperf. cap. 6).*

^f Hinc etiam addiscimus, postremum opus Juliani aduersus S. Augustinum elaboratum fuisse apud Theodorum Mopsuestenum, heresis Cœlestianæ auctorem, quod cum pluribus locis Mercator docet, tunc præstati in prologo Subnotationum. Vide notas in evindem locum.

^g Haec ipsa discussa sunt capite 1, habentur vero libro II Operis imperfecti cap. 66.

^h Quo tempore nimur Julianus ad Zosimum scribent epistolam ejus mentione sit cap. 6, num. 9 ei seqq. In illa enim contraria sensit, saltem verbo tenus. *Qui est, inquit, assertor, quod neque per mortem Adae omne genus hominum moriatur, neque per*

definitiorum facta jactura est? An est tibi aliquid latenter profundum, quod nobis forte a Brachmanis, Gymnosopistis, vel Hyperboreis, vel si quae sunt alias gentes a noi orbis sapientiores, sit expendum?

5. Veniamus ergo ad istud recentius definitum, per quod placuit intrasse per unum hominem peccatum, et per peccatum mortem; in omnes autem homines mortem soluimodo pertransisse. Rogo, ne [Baluz. nol] abuturis tarditate, vel lenitatem ingeni mei: duo quendam dicas ingressus, peccatum et mortem; sed solam vis pertransisse in homines [Baluz. omnes], sed non omnino omnes homines, mortem, persistit, quia si intravit peccatum, et non pertransiit, ubi remansit quod intravit? Credo a expectandum sociam, donec exeat, et illud peracto aliq[ue] negotio. Quod si serio agimus, et ridendum de tanta re non est, secundum te ipsum, si intrare potuit peccatum, pertransiit; si autem transire non potuit, nec intravit. An ad hoc intravit, ut siaret? Quod si absurdum est etiam dicere, pertransiit, et quo, nisi in omnes homines potuit transire [Baluz. pertransisse]? Deinde, quomodo imitativum, ut tibi placet, peccatum transitum habeat, et originale non habeat, numquain poteris explicare. Hoc sine cachinno, immo sine fletibus a legi non possunt, quia post Christum

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

resurrectionem Christi omne genus hominum reburget, contra Apostolum sentit dicentem: Sicul in Adam omnes mortuuntur, ita in Christo omnes vivificabuntur (1 Cor. xv, 22).

^a Baluzius corrigit roboris. Edit.

^b Expectando sociam. In codice Bellovaeensi primo scriptum fuit expectandam sociam, sed postea emendatum est ut nos repositimus. Gerberonius edidit expectandam sociam; quo modo lectione nostra confirmavit. Garnerius edidit expectandam sociam, nullo sensu. BALUZ.

^c Baluzius codicem Bellovaeensem sectatus habet legere non possum. Edit.

^d Manifestum est igitur testimonio Mercatoris, habitu Ruris concilium episcoporum, praesidente Zosimo; et ex eo missam ad universos orbis episcopos epistolam que totum Pelagii Coeslestique causam damnationemque continet. Animadversi porro, quod dissimilare non possum, in negotio de quo nunc agimus, nullum sive a summis pontificibus, sive ab aliis majorum sedium episcopis factum fuisse damnationem, nisi in episcoporum synodo (Vide dissert. de synod. in causa Pelag. coactis).

Ex his autem intelligo Pelagianorum querelam, de extorta subscriptione a simplicibus episcopis suis locis sedentibus, sine congregatione synodi; et responderent simul Augustini (Lib. rv ad Bonif. cap. ult.), de plurimis heresisib[us] sine congregatione syndodi damnatis, accipiendam esse de synodo, vel plenaria totius unius-dioecesis, qualis erat Africa, Egyptus, etc., vel oecumenica totius orbis Christiani. Id enim ut pluribus aliis locis indicet Augustinus, demonstrat certe lib. ii adversus Julianum (Cap. ult.), ubi post allatae explicataeque Irenaei Lugdunensis, Cypriani Carthaginensis, Reticii Augustodunensis, Olympii Hispani, Hilarii Pictaviensis, Gregorii Nazianzeni, Basili Cæsariensis, Ambrosii Mediolanensis, Joannis Constantinopolitanus, Innocentii summi pontificis, Hieronymi Stridonensis presbyteri sententiam de quinque, ut tunc siebant, questionibus, huc habet: Quasi tu, qui maxime quereris, exauxeris robis et episcopate judicium denegari, Perpetuati-

nis defendus es quamridens. Legentibus te igit[ur], sed Christianis et prudeilib[us], quid de vanitate tua sentire debeant, permittamus. Quis enim in superiori sententia tua vel suspicari posset illud sentire quam illi a omnes qui, saecula methorie papa Zosimo presidente, Dei sacerdotes et Pelagium Coeslestimumque iisque damnarunt, super his omnibus de Adam capitulis, que a te antea imprædicta sunt, et condemnata, et nunc, tamenquam redicta et reconducta, in fidem tuam recipi meruerant.

6. Deinde super hac questione, mortis videlicet, videamus quid Ecclesia universalis (quam Graeci sermones ecclesiasticae dicimus) dicit et sciens, suosque filios docet, quando acutus mortuus Adam et Eva post prævaricationem fuisse mortalitas. Illata quæ a corpore animam separat, quamvis communem omni prorsus humano generi ex illo noxiæ et videmus? An illa quæ secundum animam dicitur, et est æterna, de qua scriptum est: Vida quæ in defunctis est, vivens mortua est (1 Tim. v, 6); et iterum: Sicut mortuos sepe sibi mortuos suos (Matth. viii, 22), et si qua alia ad [Baluz. add. hanc] intelligentiam proferri possunt? Sed dubium non est, utraque eos esse multatos, et utriusque Christum rededium situilisse. Nam cum per lavacrum regenerationis et reuolutionis [Baluz. add. et] peccata remittat, et immor-

coram possit innovere concilium, etc. Isti episcopi sunt docti, graves, sancti, veritatis acerrimi defensores adversus garrulas vanitates, in quorum ratione, conditione, libertate, quæ tria bona judicii tribuisti, non potest inventare quod spernas. Si episcopalis synodus ex toto orbe congregaretur, mirum si talis possint illic facile sedere tot: quia nec isti uno tempore fuerunt, sed fideles et multis excellentiores, paucos dispensatores suos Deus per diversas etates temporum locorumque distantes, sicut et placet atque expedire iudical, ipsa dispensat. Hos itaque de aliis atque aliis temporibus atque regionibus, ab Oriente et Occidente congregatos vides, non in locum, quo navigare cogentur homines, sed in librum qui navigare possit ad homines, etc.

• Locus iste suspicionem possit ingenerare, damnatum a Zosimo fuisse nominatum Julianum cum aliis duobus hereticis, nisi ex bello fidelis, epistolaque ad Rufum Thessalonensem, aliquis pene insinuat, sive Juliani, sive Augustini, operum locis contrarium patet: in ipsis enim longe alter vel ille damnationis sunt conscius, vel iste ejusdem publicas sciens virtus quoqueretur. Dicitur ergo damnatus, vel quia cum suspicione heres laboraret, coactus est damnare scripto quæ sedes apostolica proscriptisset, siveunque mentem super his declarare. Quod cum non prestilisset, seque contrarium catholicæ fidei pertinaciter ostendisset, postea exaucitorius est.

^e Nestorius (Serm. 2 advers. Pelag. parte 2): Ille, induit, qui cum mortalitatis geniore lucitus est, et ex utraque vitam mortalitate redemit; duplex enim in nos mortalitas grassabatur, una quidem accidentis mortali ex peccato factæ naturæ, altera quæ scientia abjectione contingit. Ignorare enim Deum, insensibilitas quæ ex morte evenit similitudinem gerit. Utriusque ergo mortis opifex diabolus factus est, quem Christus elidens ex utraque vitam nostram mortificatione levavit; animam videlicet preceptis vivificantibus erigens, resurrectione vero id quod mortale est recreans aliquem restituens. Impulsore enim collapso, quod ab eo impulsu fuerat sublevatur.

talitatem per resurrectionem cornis, quam nunc in A spa per fidem tenemus, uno omnibus tempore enlaturus sit; non aliter prosaiores generis humani prediciorum condemnates fuisse quam gemina morte credendum est, et in genus ultramque transire.

7. Sed quia hanc corporalem mortem eruditissimus hic magister naturalem illis extitisse, nobisque esse pari modo naturalem, sentit ac docere conatur, nec eam per peccatum aliquando transisse, nec transire posse per semina, videamus, ut dixi, quid de ea interim Paulus apostolus senserit atque praedieaverit. Ad Corinthios namque scribens, cum de resurrectione corporis, cui contraria mors ista [Baluz. corporis ageret, cui a contrario mors ista est], id est, resolutio corporis, vel separatio ab eo anima, est, ita latius loquitur: *Nostri autem vobis facio Evangelium, fratres, quod praedico vobis, quod et accepistis, in quo salvamini; qua ratione praedicaverim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis: tradidi enim vobis imprimis quod et accopi, quia Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum Scripturas (1 Cor. xv, 4-5).* **a** *Eia dävie, pronuntia, si audes, Christi mortem, qui pro peccatis mortuus est, ad parvulos, quos esse sine peccatis defendis, non pertinere, aut eos in morte Christi non baptizari. Et quia sepultus est, inquit, et quia resurrexit tertia die secundum Scripturas, et quia visus est Cepha, et post hac undecim. Deinde visus est plusquam quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem et dormierunt. Deinde visus est Jacobo, deinde apostolis omnibus. Novissime autem omnium, tamquam abortivo, rite seculi mihi; ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus, quoniam persecutus sum Dei Ecclesiam. Gratia autem [Baluz. om. autem]. Dei sum id quod sum, et gratia ejus in me vacua non sum, sed abundans illis omnibus laboravi, non ego autem, sed gratia Dei mecum. Sire ego enim, sire illi, sic praedicavimus, et ita credidisti; et autem Christus praedicatur quod resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis quia, resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit; si autem Christus non resurrexit, inanis est et fides vestra [Baluz. nostra]: invenerit autem et falsi testes Dei, quoniam testimonium dicimus adversus Deum, quod suscitavit Christum, quem non suscitavit. Si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit; quod si Christus non resurrexit, vana est fides vestra, et adhuc existis in peccatis vestris; ergo qui dormierunt in Christo, perierunt. Si in hac vita tantum in Christo*

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

a Occasionem arripit Marius afferendi aduersus Julianum arguenti, ex his Apostoli verbis: *An ignoratis quia quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consequitur enim cum illo per baptismum in mortem (Rom. vi, 3), etc. Cum enī Apostolus Romanos alloquetur, quorum plurimi iam inde ab infantia baptismi sacramentum suscepserant, dicereque nihilominus: Quicunque baptizati sumus, etc., tanta generalitate*

A sperantes sumus, miserrabiores sumus omnibus hominibus: nunc autem Christus resurrexit a mortuis [Baluz. om. a mortuis] primitus dormientium, quoniam enim per hominem mors, et per hominem resurrectione mortuorum; et sicut in Adam omnes moriuntur, ita omnes in Christo vivificabuntur, uniusquisque autem in suo ordine, primitus Christus, deinde hi qui sunt Christi, qui in adventum ejus crediderunt: deinde finis, cum tradiderit regnum Deo et Patri; oportet autem illum regnare, dñes ponat omnes inimicos sub pedibus ejus; novissima autem inimica destruetur mors (1 Cor. xv, 4-20). Item ideum post pauca: *Ecco mysterium vobis dico: omnes quidem resurgent, sed non omnes immutabitur. In novissima tuba, canet enim, et mortui resurgent incorrupti, et nos immutabimur: oportet enim B corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem [Baluz. add. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem], tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria: ubi est, mors, aculeus tuus? ubi est, mors, contentio tua (Ose. xiii, 14)? Stimulus autem carnis peccatum, viritus vero peccati lex, Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam, per Dominum nostrum Iesum Christum (Ibid., 51-57).*

8. Audistisne, insanissime, sentisne [Baluz. nunc saltem] singulari impudentia et furore rabidissime? Per hominem mors, inquit. Quae hic mors est, dicitur nobis, quae per hominem percurritur praedicatur? Tuane illa, an quam novit Ecclesia Jam Christi resurrectione devictam, in nobis etiam in fine devincendam? Sed, admoneo, praebet aurem, et audi sequentia: *Sicut enim in Adam, inquit, omnes moriuntur, ita omnes in Christo vivificantur. Quis inquam dubitavit hic vivificationem ultimam aliam, nisi carnis resurrectionem in omnibus hominibus futuram, intellexisse Apostolum? Ihesus igitur, soli admodum pauci resurgent, et in ipsis tantum mors devicta, atque in fine vincenda sit, qui prævaricantem Adam sint [Baluz. non sunt] vel fuerint imitati, in quos tua ista, quia tua semper dicenda est, mors potuit pertransire, et non omnes omniuo homines qui ex Adam et Eva primis transgressoribus mortalitatis, non illis ingenitæ, sed per peccatum quæsitæ, originem ducent? Et quid sibi vult tanti huius præconis tam prolixa, sana lamen et salutaris, super hoc doctrina verborum, si tu novus, quem Deus avertat [Baluz. add. erroris], spiritus audiaris? b Nec tibi calumniandi nobis aditus ullus parebit, tamquam dicamus et sentiamus, æqualem resurrectionem, id est, unus meriti, omnibus esse præstandam: quia omnes, licet diverso exitu, una lamen morte moriuntur [Baluz.*

b Calumniam catholicis factam fuisse a Pelagianis, perinde ac si sentirent omnes in eadem corporis gloria resurrecturos, quia propter eandem omnes causam morerentur, testis est Augustinus.

tuz. moriamur], cum evidens Apostoli nos doceat A sermo dicens : *Unusquisque in suo ordine. Et iterum : Omnes quidem resurgent, sed non omnes immutabimur.*

9. Repetat, quæso, e proximo lector [Baluz. Repe-tat quoque proxime lector] superiora contra te dicta nostra, ubi diximus prosatores nostros utraque morte esse multatos, et videat quid senserim super isto capitulo, tuasque lapide illo angulari, tibi sane in offenditionem et petram [Baluz. offendione et petra] scandali posito, fauces obtrudat.

10. Adhuc tamen audi quod te in majorem rabiem contra nos et Dei Ecclesiam concitet : *Sive enim mente excidimus, Deo; sive sobrii sumus, vobis. Charitas enim Christi* [Baluz. add. inquit] *urget nos, judicantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, et pro omnibus mortuus est Christus, ut et qui vivunt, jam non sibi vivant, sed illi qui pro ipsis mortuas est et resurrexit* (II Cor. v. 13), *ut et vivorum et mortuorum dominetur* (Rom. xiv. 9). Obmutescet, nullus, nisi per Adam, sed paenitenter, mortuus est, neque moriturus est; nullus, nisi per Christum resurget, sed alius ad regnandum, alius ad poenas æternas lucendas : *Unusquisque*, ut ait Scriptura (I Cor. xv. 23), *in ordine suo*, ^a diu-ni-mo, ut sæpe diximus, et tibi cum Apostolo reclamamus, ut nullus omnino hominum in omni prorsus ætate præter Adam mortuus, nullus redivivus in carne futurus sit præter Christum.

11. Illud quoque memineris nos tenere, et in fide

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

^a Perturbatae sunt confusæque voces hujus sententie. Restitui possunt in hunc modum : *Dummodo, ut sæpe diximus, et tibi cum Apostolo reclamamus, nullus omnino hominum, in omni prorsus ætate, nisi in Adam mortuus; nullus redivivus in carne futurus sit, nisi per Christum.*

^b Altera calumnia Pelagianorum, quasi catholici pro defensione peccati originalis injuriosam quædam blasphemiam in Christum evomerent; eumque dicenter nascendi necessitate pollutum fuisse peccato (Vide quæ dicta sunt tum in notis ad libelium Fidei a Juliano conscriptum, tum ad excerpta Theodori).

^c In afferenda causa cur Christus peccati originalis purus fuerit, Mereatori consentiunt antiquiores fratres, quos inter auctores librorum Hypostaticion, libro primo; unus modo pro coniunctis Augustinus (Lib. v advers. Jul. cap. 15) : *Quid est quod laboras magnis argumentationibus pervenire ad impietatis abruptum, ut Christi caro, quia de Maria natus est, cuius virginis caro, scut ceterorum omnium, ex Adam fuerat propagata, nihil distet a carne peccati, et sine ultra distinctione Apostolus dixisse creditur eum fuisse missum in similitudine carnis peccati (aut nullam carnem e-se peccati; aut si sit via inde venit, inde enim e-se Christi contendit haereticus); immo potius instas ut nulla sit caro peccati, ne hoc sit et Christi. Quid est ergo carnis peccati similitudo, si nulla est caro peccati? Sed hanc apostolicum sententiam me non intellexisse dixisti, nec eum tamen exposuisti, ut te doctore nossemus, quod aliqua res possit esse similis ei rei que non est. Quod si dementis est dicere, et sine avio caro Christi non est caro peccati, sed similitus carni peccati; quid restat ut intelligamus, nisi ea excepta, omnem reliquam humanam carnem esse peccati? Et hinc apparet illam concupiscentiam, per*

A nostra habere certum [Baluz. Adem, nostram.... coepit] de duabus mortibus, de quibus superiori loco, ut potius, diximus : unam, quæ secundum animam est, Christum non habuisse, ^b quod oramus ut ne quisquam dementissime dicat et sentiat, quia non ita natus est, ut ceteri omnes homines, de voluptate carnali, sed nova in eo generatio ex immaculata ante partum et post partum virgine ^c sine libidine assuit. Intende, lector. Illam autem alteram, id est, animæ a corpore separationem, voluntarie suscepit indebitam; qui si scelere Judæorum non fuisset occisus, potuit fieri ut senectute longævus, quia hoc illi semel placuerat, sponte susciperet, pro nobis, id est, pro nostro quod contraximus in Adam senore, et nostris propriis quæ addidimus, indebito moreretur. Quamquam magis omnium de illo præsagia prophetarum, et inferenda ei cruce parvicidali Judæorum furore, complenda suisse, Christianorum nullus omnino debet dubitare.

12. Nunc i [Baluz. om. i] in malam crucem cum ista verborum tuorum magnificientia, fugitive; nemo te rabiosum audit latrantem, nemo ab Ecclesia sequitur deviuim, nemo tam insano consentit. Nos super mortalitatem, quæ ex progenitorum prævaricatione poena humano generi data est, et in naturam per semina percurrit, et in finem usque cursura est, donec divinæ illius tubæ clangore dicatur : *Absorpta est mors in victoria; ubi est, mors, aculeus tuus? ubi est, mors, contentio tua* (Ose. xiii. 14)? cum universa Dei Ecclesia, ^d cum patribus nostris, illustribus Ecclesiæ

C quam Christus concipi noluit, secesse in genere humano propaginem mali, quia Mariæ corpus, quamvis in te venerit, tamen eam non traxit in corpus, quod non inde concipit, etc. Et paulo post : *Caro itaque Christi mortalitatem de mortalitate matris corporis traxit, quia corpus ejus mortale invenit. Contagium vero peccati originalis non traxit, quia concubentis concupiscentiam non invenit; si autem nec mortalitatem, sed solam substantiam carnis de matre sumpsis set, non solum caro ejus caro peccati, sed nec similitudo carnis peccati esse paruisse.*

^D ^d Qui Julianum Cœlestiumque præcesserunt doctores, quique ab Ecclesia parentum et magistrorum fidei loco habiti sunt, unanimi consensu docuerunt, mortem corporis peccato Adami ingressam in mundum, et in genus humanum transuisse cum reatu : ut propter inseparabilem de causa mortis et traduce peccati questionem, accipi debeat in hanc partem dictum illud Vincentii Lirinensis in Cominotiorio : *Quis ante prodigiosum discipulum Petrum Cœlestium, reatu prævaricationis Adæ omne genus humanum negavit astriatum?* Traditionem vero Patrum a temporibus apostolorum ad Julianum usque exhibere operæ pretium est, ut Theodosius enim suo discipulo Juliano convincatur. Paulus Apostolus : *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors transiit, in quo omnes peccaverunt* (Rom. v. 12). Et : *Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero viril propter justificationem; quod si spiritus ejus qui suscitauit Jesum a mortuis habitat in vobis, qui suscitauit Jesum Christum a mortuis vivificabit et mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum ejus in vobis* (Ibid. vii. 11, 12). Et : *Quoniam per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum; et sicut in Adam*

doctoribus, in hunc divinarum Scripturarum sensum, in haec verba juravimus.

13. Salva sane reverentia et debita honoriscentia
sancæ ac beatæ memorie Augustini episcopi, qui te

A pastorali clava ab Ecclesia deterruit, proturbavit,
atque confregit, etiam haec a me, toto isto Opere tuo
perfectio, sicut præfati sumus, sparsim et ubiubi com-
modum visum est certis fragmentorum tuorum

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabun-
tur (I Cor. xv, 21, 22). Justinus martyr cum de
Christo loqueretur (*Dial. cum Tryphonem*): *Sicut nec
nasci, nec crucifigi, quasi horum indigus, sustinuit;* sed humani generis causa, quod per Adam in mortem
et seductionem serpentis conciderat, etc. Irenæus (*Lib.
v cap. 16, ex vers. Aug.*) : *Quemadmodum astriatum
est morti genus humanum, solutus per virginem aequali
lance disposita virginalis inobedientia per virginalem
obedientiam. Adhuc enim protoplasti peccato, per cor-
ruptionem primogeniti emendationem accipiente, ser-
pentis prædilecta devicta per simplicitatem columbae,
vinculis illis resoluti sumus per quæ alligati eramus
morti. Quemadmodum per hominem victimum descendit
in mortem genus nostrum; sic iterum per hominem vi-
ctorem ascendamus in vitam: ei quemadmodum acce-
pit palmam per hominem mors adversum nos; sic iterum
nos adversus mortem per hominem accipiamus
palmam (*Ibid., cap. 21*). Athanasius (*De Incarn.
Christi*) : Qui de Adæ inobedientia questionem habuit,
judicioque peracto duplicom penam in sententia sua
complexus erat, dum terreno ita loquitur: *Terra es, et
in terram revertar* (*Genes. iii, 19*); utque ita pro de-
creto Domini corpus in terram abscedit; animæ autem
dixit, *Morte morieris* (*Ibid., ii, 17*); utque hinc est
quod homo in duas partes discipiatur, et ut ad duo
loca discedat, condemnatur, etc. Gregorius Nazian-
zenus (*Orat. 42*) : *Postquam diaboli invidia et mulie-
ris insultu, quem et ut mollior passa est, et ut ad per-
suadendum accommodatio admovit (o infirmitatem
meam! mea enim est primi parentis irfirmitas) acce-
pti mandati oblitus ab acerbo illo gusto victimus est, si-
mul et a ligno vita, et a paradiso, et ab ipso Deo pro-
pter peccatum expellitur, et pellicies tunica induit,
utique crassiore carnem et mortalem, primunque
turpitudinem suam agnoscit, et a Deo se abscondit, at-
que hic quoque tamen mortem ac peccati præcisionem
elucratur, ne malum immortale sit; ita pœna ipsa in
misericordiam cessit. Sic enim Deum supplicia inferre
censeo, etc. Gregorius Nyssenus contra Eunomium
(*Orat. 4*) : *Venit Dominus ut quereret et salvum fa-
ceret quod perierat: perierat autem non corpus, sed
totus homo ex anima contemporatus, et, si verius lo-
quendum est, ante corpus anima perierat; nam inobe-
dientia electionis, sive voluntatis, non corporis pecca-
tum est: propria est autem animæ electio, a qua omnis
nature calamitas principium habuit, ut verbis testatur
hanciamque mendax Dei ministratio, quod in quo die
prohibitos fructus tellerint, sine cunctatione sibi mors
cohæret. Cum autem sit duplex hominis compositum,
congruerat in utrumque mors duplicitis vite munere
surgentis suo ei qui moritur privationem operatur;
corporis quidem mors est sensuum instrumentorum ex-
suscitatio, et in cognata elementa d' solutio; anima au-
tem, quæ peccarerit, ipsa morietur; peccatum autem
est a Deo alienatio, qui est vera solaque vita. Multas
igitur annorum centurias post prævaricationem insuper
vixit protoplastus homo, sed Deus non est mentitus,
cum dixit: *In qua die coniederitis, morte moriemini*
(*Genes. ii, 17*). Propterea enim quod alienatus fuit, et
everus ipse a vera vita, et ipso die firmata rata fuit
adversus eum mortis sententia; postea vero labentibus
annis mors corporalis Adamum consecuta est. Epiphanius
(*Lib. ii advers. hær. hær. 64 num. 24*) : *Pote-
rat in eternum vivere corpus et immortale fieri, nisi ab
gustando vita foret prohibitum. Et postea: Propterea
mortalem illum Deus esse voluit, ac morte dannavit.*
*Hoc enim scartæ ille tunica significabunt, etc. Chry-
solomus* (*Hom. 10, in cap. v Rom.*) : *Quo pacto****

*mors introiit ac dominata fuit? Per peccatum unius.
Quid porro sibi illud vuli, in quo omnes peccaverunt?
Illi lapsi, et illi item, qui de ligno non comedeverunt,
effecti sunt ex illo tempore omnes mortales, etc. Cum
peccavit Adam, tum et illius corpus mortale effectum
est atque patibile, etc. (*Hom. 12, in cap. 7*). Una cum
morte introiit affectum turba. Cum enim corpus mor-
tale effectum est, etc. (*Homil. sequente*). Theophilus
Antiochenus (*Lib. ii ad Autolicum*) : *Dicat alius:
Mortalis creatus est homo? Nequaquam. Quid igitur?
Num immortalis? Ne hoc quidem. Nam a pri-
mordio sua creationis nec mortalis nec immortalis
conditus est. Si immortalem ab initio eum fecisset,
Deum eum constituisse; si mortalem euui formasset
ab initio, Deus sane posset auctor hominum mortis vi-
deri. Apparet igitur hominem a Deo nec mortalam,
nec immortalem esse factum; sed, quemadmodum supra
significavimus, utriusque quodammodo participem,
ut reperet ad immortalitatem servans mandatum Bei,
et ut hunc caperet mercedem, tandem et ipse Deus sa-
cius. Sin autem cosverens fuerit ad peccatum, inobe-
dienti Deo, sibi ipsi auctor fieret mortis, etc. His ac-
cedat Nestorius, quamquam Theodori discipulus,
sed bac in parte magistro reverentior traditionis
ecclesiastice: *Diabolus, inquit (Serm. 2 advers. Pe-
lag.), proferebat, quod est adversus naturam, illud
chirographum, quod scriptum est: Terra es, et in ter-
ram ibis; et instabat ex hoc, gênerationes hominum
morte consumens, etc.***

*Atque illa fuit Orientis Ecclesiae traditio, quæ
Theodorum Juliani magistrum crudire debuit; hæc
Latiorum, quæ Juliani impudentiam arguit. Tertul-
lianus animam colloquens (*Lib. de Test. Animæ
cap. 3*) : *Satanam in omni aversatione, et asperna-
tione, et detestatione pronuntias, quem nos dicimus
malitiae angelum, totius erroris artificem, totius sa-
culi interpolatorem, per quem homo a primordio cir-
cumventus, ut præceptum Dei excederet, et propriea
in mortem datus, exinde totum genus de suo semine
infestum, suæ etiam damnationis traducem fecit. Et
alio in loco (*Lib. de Anima cap. 50*) : *Publica totius
generis humani sententia, mortem debitum naturæ pro-
nuntiamus, hoc stipulata est Dei vox, hoc spopondit
omne quod nascitur. Cyprianus (*Lib. de Bono Patien-
tiae*), cum exponeret sententiam a Deo latam in Ada-
mum reum violati præcepti: *Quia audisti, inquit,
vocem mulieris tue, et manducasti ex illa arbore, de
qua sola præcepserant tibi ne manducares, maledicta
terra erit in omnibus operibus tuis: In tristitia et ge-
mitu edes ex ea omnibus diebus vite tue; spinas et
tribulos ejiciet tibi, et edes pabulum agri; in sudore
vultus tui edes panem tuum, donec revertaris in ter-
ram, de qua sumptus es, quia terra es, et in terram
ibis (*Genes. iii, 17 seqq.*). Hujus sententia vinculo
colligati omnes et conscripsi sumus, donec expuncta
morte de isto sæculo recedamus, etc. Hilarius diaconi-
nus (*In cap. 7 ad Rom.*) : *Quomodo inhabitat in
carne peccatum, cum non sit substantia, sed prævari-
catio boni? Quoniam primi hominis corpus corruptum
est per peccatum, ut possit dissolvi: ipsa peccati cor-
ruption per conditionem offenditionis manet in corpore.
robur tenens divinæ sententiae datæ in Adam, quod
est signum legis diabolii, cuius instinctu peccari
Adam, etc. Ambrosius (*Lib. de Parad. cap. 7*) :
Mortis causa inobedientia fuit, et ideo homo ipse sibi
mortis est causa, non habens Deum suæ mortis au-
tem.*****

* Baluzius ponit fragorum, annotatque hanc lectio-
neum constanter proferri codicibus Mercatoris. Ed. 6

capitulis, in codicibus quos legi, apposita vel admota, vel tu noveris, vel qui voluerit, lector advertat.

14. Nec tibi de tanta hujus nostri opusculi brevitate erit ridendum, cuin te de tam numerosis libris, horridæ magis loquacitatis quam ullarum rerum, saltem consideratione dignarum, tu jactare non debas. Nolo in hanc partem ignorantiam singas; scis namque in ista questione, quæ inter nos vertitur, de mortalitate scilicet generis humani, quæ per primos transgressores divini mandati generaliter per semina perecurrit, et currit, et in finem usque cursu est, quæ totam prorsus causam tuem consumit, tamquam ad validissimum stipitem alligandum: quam si-inter nos causam, immo in te, extinctam

A esse christianus prudensque lector adveres, nihil tibi, sed prorsus nihil ulterius, quod vel in hunc eundem [Baluz. ulterius vel unde] mutare debueris, vel modo debebas, remansisse cognoscet; tibique de toto sermone tuo, quem summam esse eloquentiam jactas, magis illud competere aptiusque, quam de quo dictum est, judicabit: « Satis eloquentiae, sapientiae parum. Vastus animus immoderata, incredibilia, nimis alta [Baluz. add. semper] cupiebat. » De sensibus autem tuis, quibus vagus ac vanus attolleris, alterius prudens saeculi ore pronuntiabit, tibique copiabit dictum hoc: Parturisse te montes, unde nascetur ridiculus iunus.

CASTIGATIONES ET NOTÆ.

Ex Catilina Julianum Mercator depingit verbis Sallustii, quem auctorem Julianus mirifice desperibat, et in libris amabat subinde landare. Poterat vero Marius pluscula referre, si orationis modus permisisset, quam apte enim convenienter hæc omnia: Nobili genere natus fuit, magna vi animi et corporis,

B sed ingenio malo pravoque; animus audax, subdolus, rarius, cuiuslibet rei simulator ac dissimulator, ardens in cupiditatibus, satis eloquentiae, sapientiae parum, vastus animus, immoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat (Sallust. in conjur. Catilinæ).

MARII MERCATORIS TRANSLATIONES VARIORUM OPUSCULORUM

*Quæ Græce scripta sunt
IN CAUSA PELAGIANORUM.*

IN TRES EPISTOLAS SEQUENTES ADMONITIO.

Duo mihi querenda videntur de tribus istis epistolis: alterum, an certum habeant auctorem; alterum, a quo interprete versæ sint in Latinum sermonem.

Jure nemo dubitare potest quin omnes a Nestorio scriptæ sint re ipsa, quamvis nullius habeatur textus Græcus; earum enim meminerunt Cœlestinus, Cyrillus, Cassianus et Marius Mercator, quorum auctoritas certam facit fidem.

Cœlestinus ad clerum populumque Constantinopolitanum (1 p. conc. Ephes. cap. 19): Nestorius de virginio partu et de divinitate Christi Dei et Salvatoris nostri, velut ejus reverentiae et communis omnium salutis oblitus, nefanda prædicat, vitanda persuadet, sicut et ejus scripta ad nos ab ipso, cum propria subscriptio ne, transmissa, sicut etiam relatio sancti fratris et coepiscopi mei Cyrilli per filium Possidonium diaconum, ad me missa patet. Et ad Joannem Antiochenum (Ibid., cap. 20): Hæc ad nos, ingerente dolore fidelium, pervenerunt. Hæc libris, quos ipse miserat, publicata sunt. Et quod majoris probationis est, hæc ad nos missis epistolis, ipsa auctoris subscriptione munitis, ita insinuata sunt, ut dubitare ultra non liceat. Et ad ipsum Nestorium (Ibid., cap. 18): Dudum sumpsimus epistolas tuas, quibus in angusto nihil potuimus dare responsi. Erant enim in Latinum sermonem vertendæ: quod cum, licet sero, facimus, etc. Et paulo post: Nunc considerantes, et querelam de te prædicti fratris, et interpretatas tandem epistolas tuas, apertam blasphemiam contineantes.

Cyrillus ad Joannem Antiochenum de Nestorio loquens (Ibid., cap. 21): Consulucram ipsi per litteras, ut abstineret a pravis illis perversisque quaestionibus, et Patrium fidem sequeretur: verum ratus hæc me ex odio scripsisse, tantum absuit ut ullam omnino rationem habuerit illius qui hæc ad ejus pietatem ex charitate praescrisperat, ut ita sentiens, et ita dicens, in Romanorum quoque aures insinuare se posse, easdemque praecoccupare speraverit. Etenim prolixa epistola absurdia quedam dogmata complexus, eaque ad dominum meum Cœlestimum piissimum Ecclesiaz Romane episcopum missa, inter cætera adversus iHos qui ab ipso dissentient hæc quoque adjecit, « Citra horrorem sacram Virginem Dei genitricem appellant (Epist. 1 part. iv). » Misit præter hæc, et quosdam quoque suarum exegescon quaterniones, etc. Et paulo post: Lectis in concilio epistolis, iisque maxime in quibus non potest esse locus sycophantiae; continent enim ejus subscriptionem. Et ad Juvenalem (Ibid., cap. 24): Arbitratus autem se posse Romanam Ecclesiam in suam sententiam attrahere, scripit ad dominum meum Cœlestimum, hisque litteris suorum dogmatum perversitatem inseruit; nisit quoque multas exegeses, etc.

Cassianus (Lib. 1 de Incarn. cap. 3): Hinc enim illud est quod intercessionibus suis Pelagianis...rum querelas sovet, et scriptis suis causas illorum adjuvat. Et alio in loco (Lib. ii cap. 2): Dicis itaque quisquis es ille, hereticus, qui Deum ex virginе natum negas, Mariam matrem Domini nostri Iesu Christi Θεοτόκον, id est, matrem Dei appellari non posse, sed Χριστοτόκον id est, Christi tantum matrem, non Dei. « Nemo enim, antiquorem se parit (Epist. 1 part. 5). » Et alio iterum loco (Lib. vii cap. 7): Secunda autem